ERASMI FROELICH E S.I. DE FAMILIA VABALLATHI NUMIS INLUSTRATA OPUSCULUM POSTUMUM. ADCEDUNT EIUSDEM...

Erasmus Froelich, Joseph Khell von Khellburg

KHELLIVS LECTORI.

Duo tibi opuſcula clariſſimae in re publica literaria memoriae FROELICHII *magiſtri mei exhibeo Antiquarie benevole, quorum utrumque poſtumum ſi pronuncio, non multum aberravero. Primum, quod de* HERMIAE VABALLATHI *familia numus inluſtrata inſcriptum eſt, unicum hoc in genere inter varia ejus adverſaria, cum in bibliothecae praefecti munus ſubcederem, reperi, quod lucem non vidiſſet, atque haec perluſtrans in ſcbedam incidi, quae monebat, ab regiorum numismatum praefecto Pariſius indagetur, an producta ab* HARDVINO *ad Plinium Tom. I Tab. IV. N. 2. imago numi* ATHENODORO *inſcripti cum hujus atque* AVRELIANI *Aug. adverſis capitibus in antica, in poſtica vero cum epochis* L. A L∆. *intra lauream, numismati ipſi, eque ſinceræ antiquitatis reſpondeat.*

Scripſi mox Pariſius ad virum clariſſimum, ubique amiciſſimum JACOBVM BARTHELEMY *regio numophylacio hodie praefectum, is gravioribus negotiis impeditus langorem morum praeclare tandem compenſavit idibus Julii anni* CIↃIↃCCLX. *ſingulari enim hu manitate non me ſolum de ſcalpti numi ſimilitudine edocuit, ſed numiſma ipſum adcurate lineatum transmiſit ea forma, qua illud aeri inciſum frontis diatribes praefixi. Neve me gaudio adfect,*

atque ad editionem excitarunt, quod in tenus meo muſeo ejuſdem unum exemplum, minus quidem a temporis injuria conſervatum, atque propterea ob fabricae rationem ad alios VABALLATHI *Graeci communis numos repoſitum, velut e tenebris erutum mihi non parum gratulandi antiquaria ſe dedit fortuna.*

Aſt cur pretioſum FROELICHII *opuſculum, inquies, per annum, & quod excurrit preſſum, numariae rei publicae eſt ſubtractum? Etiam de hoc me purgabo; non adridebant typographis Vindobonenſes, Lipſiam cogitabam, verum belluci tumultus conſilium identidem everterunt: Et illud adjecſſit, novisſe me, non raro a nobilibus noſtris in collegio regio Thereſiano alumnis feliciter de libro aliquo circumſpici, quem cum adnexis ex jure, philoſophia, hiſtoria, ſcientiis aliis, theſibus ſub anni ſcholaſtici finem tentamen publicum ſubituri Auguſtis, aut Regis Principibus inſcriberent; augere tum adpendiculas hactenus non editis collegii ejuſdem, aliarumque gazarum numis erat conſtitutum, ut in juſtam libri molem otius creſceret, Verum nulla ſunt iſthaec mea providentia, cum ad alia potius lucubrationum argumenta, quorum utcumque, dilaberentur.*

Alterum item, quod adjungo, opuſculum fere poſtumum dixeram, tantundem enim prope eſt, ſeu in ferinis manuſcriptum delitescat, ſeu in pauciſſimorum manus, atque in unius pene provinciae anguſtus typis excuſus commentarius veniat. Id hujus libelli fuiſſe fatum mox intelliges Lector benevole. publice in theatro cum philoſophicis laureis condecorarentur candidati, ut olim mos erat, in auditores diſtribuebatur, harum rerum ſaepe parum curioſus, unde factum, ut commentatiuncula iſtiusmodi intra urbem

fe-

fere noſtram, aut ad ſummum Auſtriam ſepelirentur, raroque admodum in regiones alias exportarentur.

Adpendiculis his poſtremis, quas elaboraverat FROELICHIVS, *& quæ in ejus quatuor Tentaminibus comprehenſæ non ſunt, idem evenisſe liquido comperi, cum tamen XXVI* de l'Academie des inſcriptions & belles lettres *anno* CIↃIↃCCLIX. *edatum, quem adhuc ultimum habemus, inſpicerem, vidi* ibi pag. 456. *lucubrationem pererudítam* CL. BELLEY *de epochis urbis, & coloniæ Sinopes lectam paríſus VII. Cal. Martii anni* CIↃIↃCCLIII. *Praeter conſuetam anno* V.C 684. *adfixam epocham, alteram, de qua fluctuabant antiquarii, ad autumnum anni* 709. *eruditiſſimus autor determinavit, ut hoc factum ſapientiſſime, ita a me impetrare non poterem, ut de ea* FROELICHII *gloria tacerem, qua is novem ante annis, quam Parſius* CL. BELLEY *ſuam diatriben inluſtris academicorum corpori publica recitatione communicaret, juvante potiſſimum* DIADVMENIANI *nummo idem planiſſime confecerat, editæ enim erant adpendiculæ Vindobonæ typis Kaiſerodianis anno* CIↃIↃCCLIV.

Nihil Cl. Academici laudibus, & in eruendis urbium epochis ſtudio tam feluci, quam ſingulari decerpat hac in FROELICHII *manes pietas, novi, magnis ingeniis, dum idem ſolum excolunt, perſæpe convenire, ſcio,* FROELICHIVM *eodem anno* CIↃIↃCCLII. *cum* CL. CARY *tam de intima epocha Bosporica, quam de ejusdem cum Pontica æra nexu conſenſiſſe, quin alter de alterius antiquariis conatu nonniſſet quidquam. Quid dolet, id eſt, minus adhuc, quam literarum florens ſtatus exigeret, noſtrarum rerum commer-*

cum facere, ut non pauca, quae per Auſtriacas terras aut feliciter inveniuntur, aut inventa ab aliis promoventur, ad exterarum terrarum viros eruditos vel nunquam, vel tarde admodum perferantur.

Fruere Lector benevole utraque opuſculo, ut FROELICHII *manus extent, neque enim in alterutro mutatum aliquid (niſi ubi autor adjecta margini emendatione ſe ipſum correxit) aut a me adjectum, ſi duas adnotationes ad prius illud, alias fere ex laudata lucubratione* CL. BELLEY *ad alterum ſubſcriptas, tum tabellas novas ad hoc poſterius ſcalptas excipias, quae enim editionem primam comitabantur, adeo miſerum in modum exarata erant, ut* FROELICHII *laborem conſpurcatum dolerem etiam. Neque novas has ex antiquis concinnavi, ſed ex ipſis muſei* GRANELLIANI *nummis ſummae cum integritate, atque omni a chalcographo ſevere exacta accuratione, adjectis aliquot ad tabulas quatuor complendas numorum ante ſolum recenſitorum imaginibus, reſtitui, praeterea, ubi hoc in opuſculo prior ex quatuor tentaminibus adpendicula citata erat, addidi ad vitandam quaerentium moleſtiam paginae numerum in prima editione omiſſum. Denique, quod ſine piacula omitti non poſſe metum amici exiſtimabant, viri clariſſimi elogium pro academiarum laudabili more adjeci, qua induſtria & in optimas manes pietate non parvam me apud ſe gratiam collegiſſe puto. Vale.*

ELO-

ELOGIVM
P. ERASMI FROELICH E S. I.

Quem celebrandum ſuſcepi, Eraſmum Froelichium in regio Thereſiano nobilium collegio ſub horam noctis alteram nonis Julii anni CIↃIↃCCLXX. meſtiſſimi ſocii non ſine fletu etiam inluſtriſſimorum adoleſcentum lacrymis compoſuere. Ad viri hujus laudem Laconi id commemoraſſe ſatis eſſet, adeo arcto eum foedere virtutem ſcientiamque junxiſſe, ut neſcires, his an illis magis imbutus eſſet, cum certiſſimo in utriſque principatum tenuiſſet.

Natus erat parentibus honeſtiſſimis Graecii Styrorum VI. nonas Octobris anni CIↃIↃCC. Ad ſocietatem noſtram ſingulari & virtutis, & indolis conbibendis quibusvis ſcientiis pari commendatione facilem aditum anno CIↃIↃCCXVI VI. idus Octobris reperit: conceptas tum de ſe ſpes & aequabili vitae religioſae tenore, & literariis incrementis non explevit modo, ſed & ſuperavit. Exacto ea cum laude, ut vel in exemplum aliorum iret, tirocinio humaniores literas repetit Leobii, tantasque in poeticis cumprimis, ut ingenio feſtivarum cogitationum erat fertili, progreſſiones fecit, ut tam inventionis novitas, quam nativus elocutionis candor plurimum in eo celebraretur; ſeverioribus aliis diſtractus, ut ut

Mu-

Musis operam haud posset, amicitiam tamen cum iis magis distulit, quam abrupit, dicere solitus, se, si quando senectus exercitus irreperet, notas Parnassi rupes perreptaturum, & pangendis carminibus amissorum oculorum dolorem solaturum.

Auditis subinde, defensisque philosophicis disciplinis juventutem magister Clagenfurti instituit, geminumque, quem suis societas in permoleſto puerili ludo finem designat, ita adegit, ut & discipulos multis annis post præclaræ, quam nacti erant, institutionis memores ad virtutem omnem fingeret, reique literariæ in omnem vitam perduraturo gustu imbueret, & ipse vacuas a scholastico pulvere horas suæ eruditioni seponeret. Profecto eos per annos Græcos seu poetas, seu rhetores, historicosque exhausit omnes, id consecutus etiam, ut Græca lingua non minus quam Latina esset exercitus.

Translatus inde in regiam hanc metropolem matheſin secundis curis pertractavit, eamque, dum fere vixit, ita coluit, ut si vel hanc unam nosset, inter viros, ævi sui doctissimos numerandus fuisset, meritus etiam, qui a viris, quos Europa mathematicarum disciplinarum peritissimos habet, in consilium adhiberetur, & de recens inventis edoceretur.

Quadriennium deinde theologiæ ita impendit, ut dignus haberetur, qui eam palam propugnare. Disceptatrici huic scientiæ ut temporis tribueret plurimum, quod

men

men ab ea nactus est otii, volvendis ecclesiæ Patribus, sacris literis, earumque interpretibus, conciliis, atque universæ ecclesiasticæ historiæ ita dedit, ut amplum jam tum thesaurum e pretiosis sinceræ hujus antiquitatis monumentis conlegeret, & in sua adversaria referret. Per id tempus sacram quoque linguam ita condidicit, ut non Hebraicos modo codices, sed & ipsos Rabbinos promte interpretaretur. Adeo nempe falso querimur aut de naturæ constitutione, quæ imbecillior laboribus frangitur, aut de tempore, quod fugacius elabitur, quam doctrinæ, quem quidem cupere mus, apicem contingere possimus: industria magis, quam vires, aut tempus deest, ubi per socordiam & hoc, & valetudo diffluxere, si ulla natura incusatur. Unum Cl. Froelichi exemplum abunde edocet, quod si tanta sors bonarum artium cura esset, quanto studio aliena, ac nihil profutura consectamur, ita nos abundaturos præsidiis, quibus literarum gloria æterna fieremus.

Inchoata cum feliciter sacra studia nullo non tempore prosecutus est P. Erasmus, ut mirum sane sit, virum, qui ætatis partem maximam in lineis, aut literis, quas pulcras, amœnasque adpellant, contrivit, id temporis illis furto velut sublegere potuisse, quo tanto se adparatu theologice instruxit. Sane cum catholicam religionem amplexo Excellentissimo Comite Schullenburgio is, qui Daniæ legationis sacra procurat Vindobonæ, epistolam Gallico idiomate vulgasset, quas, nescio, religiones injecturus Comiti, fidei, quam a matre traxisset, deserto, alias eodem stilo

(Europæas enim cultiorum populorum linguas callebat omnes) Froelichii ſapientia obpoſuit, in qua argumenta viri docti, & utnam meliorem cauſam propugnantis, ita ex antiquitate omni confutavit, ut quilibet nullis partium ſtudiis ductus & rarum virt ſacris in rebus ſcientiam miraii, & nihil per ambem ſuperſtitionem additum ad rerum credendarum ſummam fatem cogeretur.

Qua quidem in re laudandus eo præſertim nomine Cl. Froelichius mihi videtur, quod in doctrina ſacri ſolida, & antiquitati probata ſemper præ ſpecioſis conſectatus ſerit, nihil conjecturis, nihil populari aurę, nihil novitati quam aures permulcenti, tam rerum caſſe tribuere ſolitus: quæ impreſſa a primis eccleſiæ luminibus veſtigia reperit, inſtitit firmo pede, in id tota contentione conniſus, quo viriſſimis hominibus, quam ſui admiratoribus, tam veteſtatis contemtoribus oſtenderet, antiquos præ novis in non pauca vidiſſe acutius.

Cujus quidem ſuæ in majores obſervantiæ quantumvis non pauca alia luculenta ſpecimina P. Erasmus edidit, in ſua tamen regum Syriæ hiſtoria, iterum typis data, multisque additionibus ab autore ipſo inluſtrata, æternum monumentum conſtituit, cum enim hiſtoricum agere videretur, theologum expreſſit, oſtenditque, fabularum nihil, nihil deliramus apellæ ſomniorum in ſacris Maccabæorum libris perſcriptum, ſed illos ut Nummis adflatu conceptos, ita ad numorum, qui viris in arte expertis mentiri minime norunt,

fidem

fidem exactos penitus. Erant profecto, quibus videbatur, cum alios ob minora in eccleſiam literaria promerita ſacro purpuratorum conlegio inſertos noverimus, invicto ſacrorum librorum vindici eum honorem non deberi non potuiſſe, ſi Romana in luce verſatus, atque alterius religioſi ordinis, ab id genus ſplendore non ita alienus, fuiſſet.

Quam ex vero haec dicta ſint, ſatis declarant heterodoxorum contentiones; Pilum extulit biga Weensdorffiorum Erneſti & Gottliebii lucubrationes, cetera eruditione varia conſpicua quantum inflictum vulnus totum corpus uſſerit, abunde explicant. Cum ſeniore congreſſus eſt Froelichius ipſe, majoribus annis inſtructum Gottliebium ſuis auſpiciis conlegae alicui conficiendum, ut ab omni belli genere abhorrebat plurimum, permiſit, Nihil me exaggerare, dum haec in expeditione debellatum eſſe adſero, ipſius adverſarii confeſſione demonſtro, ita Cl. Georgius Matthias Boſe Wittenberga VI. idus Octobris CIↃIↃCCXLIX. ad Froelichium: *Quid Syria tua opus non iſicum ipſe mundo perſuaſum?* tum ſubducta linea perſequitur: *Weensdorffius ad quietem redit, & ut ipſius, Gedanenſis numerum, ad me literae teſtantur, finem omnino controverſiae hujus exoptat.*

Anno CIↃIↃCCXXXII. pro ſocietatis more ſacra Ludenburgi aſceſi acta, Viadobonae redditus publicis primum in ſcholis juventutem, tum privatos inter parietes noſtros mathematicis diſciplinis ad annum ſeculi hujus ſextum ſupra quadrageſimum imbuit, miraque illa, qua praeditus erat, in

explanendo perſpicuitate diſcentium labores ita levavit, ut, quæ abſtruſe multo plurima ſcientia illa habet, plana prorſus ſuisque ſubjecta oculis diſcipuli mirarentur. Quod ſine a viro doctiſſimo præſtari potuiſſet minime, niſi multa meditatione, ruminationeque ſcientiæ illi, quæ horrida habet, detraxiſſet. Superſunt hodie plures illius lucubrationes, iteratis per exteras etiam provincias typis datæ, in quibus partes aliquot matheſeos novis problematibus utiliter inluſtravit.

Abſtruſis his ſpeculationibus fatigatum animum, quo levaret identidem, numerum pertractabat. Prima arcus hujus, per quam tanta lux hiſtoriæ omni eſt addita, rudimenta a collega ſuo Chriſtiano Etſchlagero conbibit; quis hic eo in literarum genere fuerit, abunde loquitur carmen didacticum de re numaria Græci anno CIↃIↃCCXXXIV. editum, atque in Anglia etiam cum plauſu exceptum. Cum hoc viro & polyglotto, & delicatiſſimi in bonis artibus guſtus ſeu Galatæ ad Conſtantinopolin, ſeu alibi per provincias Auſtriacas degeret, perpetuum epiſtolarum commercium ad annum CIↃIↃCCXL. colui, ſuperat bene magnus harum faſcis, ex quibus ſumma cum voluptate videtur, quæ bellaria utrinque paterum tullaverint, de numis, marmoribus agitur fere alternis paginis, numorum transmiſſorum, hodie in collegio academico aſſervatorum numerus iniri non poteſt, inſcriptionum communicatarum LXX. & amplius ſyllabus a morte Froelichii eſt repertus.

Cum

Cum in epiſtola Cl. Erſchlageri Galata XIV. Cal. Aprilis anno ciɔiɔccxxxi. ita ille. *In re numaria te tantos progreſſus brevi tempore feciſſe, etiam gratulor*, videndum porro, ubi ſe antiquarius noſter perpoliverit. Agebat ſub id tempus in Vindoboneoſi noſtra profeſſorum domo Carolus Granellius Amaliæ Aug. a ſacris confeſſionibus ampliſſima eruditione, ac profunda doctrina, acerrimoque judicio, verbis Froelichii in præfatione *IV. Tentaminum* utor, hic ex privato quod aulicis in obſequiis Auguſtæ munificentia obtinuerat, peculio præclarum Muſis ſtruxit lararium; aderat bibliotheca ſelectiſſima, atque numophylacium Græcis potiſſimum numismatibus frequentiſſimum. Ad hunc, cum theologiæ conſcendæ adhuc daret operam, diebus prope ſingulis, quibus a ſcholis eaſſatum, inviſens majoribus noſtris Junoni Monetali ſecit. ejus noſtitutione eo progreſſus eſt, ut vivens adhuc dum magiſter a diſcipulo ſuperatum ſe gauderet plurimum. Sinceram, modeſtamque Froelichii confeſſionem laudata ex præfatione ſubjicio: *Viro huic, ut, non modo numos ipſos benigne exhibitos, & ſuggeſta eidemdem præclara consilia, ſed ipſam in re numaria veteri noſtitutionem me maximam partem debere lubens merito profiteor.*

A morte Granelli apud creditum cum ſuo academico, quo cum vivo conlectore paullo ante translatum erat, conlegio idem cimeliarchium tempus ab aliis negotia vacuum quam utiliter poſuerit, numorum catalogus ſua fere manu conſcriptus, qui ut lucem videat Theupolitano ſubpar, omnem movebo lapidem, editi dein libri,

con eſtaque vel a verſatiſſimis eo in genere viris æſtimatio loquuntur.

Hinc ornatiſſimum literarum commercium cum Antonio Franciſco Gorio Præpoſito baptiſterii Florentiæ, Inl. Marchione Savorgnano, Apoſtolo Zeno, aliis ex Italia: cum viris Cl. Cl. Julio Carolo Schlægelio Fridenſteinenſis Ser. Saxo-Gothani Ducis, Richtero Ser. Electoralis Saxoniæ Principis numophylaciorum cuſtodibus, Mathia Boſio Witteobergenſis academiæ lumine ex Saxonia: cum Godefrido Abbate Gottvicenſi, Georgio Præpoſito ad S. Florum, Iol. Barone Wolfgango ab Ottenfels & Gſwandt Auſtriacis ex provinciis, quorum omnium in epiſtolis aliud argumentum non leges, quam vel conſultationum antiquariarum, vel gratulationum, quibus pleno copiæ cornu viro optimo laudes admetuntur, hinc honorifica illa in Gallorum non privatorum ſolum libris, ſed publicis etiam actis compellatio: *Le ſçavant Jeſuit Allemand*, dum de Froelichio ſermo infertur.

Vindobonenſium literatorum, & numophilorum, quia domeſticorum, longum catalogum texere nolui, qui virum ornatiſſimum coluerunt, id certum neminem Muſis & non Froelichio amicum fuiſſe. nihil antiquorum theſaurorum ob Excell. Comite de Bathyan, Comite Arioſti, Barone de Stain, Perinl. Jenſchio, de France, Vicinello, Hauero, alus condirum fuiſſe, quod non cum eodem velut a diſcipulis cum magiſtro conferretur.

Ut

Ut ab omni, quod raro evenit, invidia ſemper aberat, ita mira felicitas ejus conatus comitabatur. Omitto, eum primum fuiſſe, qui epochæ ЄΤΟΤC. NЄΟΤ. ΙЄΡΟΤ. ex numo Trajani Decii lucem adfudit, ſtabilitas alias, & id genus plura, quæ libros ejus percurrenti ſunt obvia, ſingulatim perſequor. Eodem, ſcilicet ɔɔɔɔɔɔɔɔ. anno, quo præclarum academiæ Maſſilienſis, & Cortonenſis membrum Cary æra Bosporica ad annum V. C. ɔɔɔɔʟvii adfixa, ejuſdem cum Pontica nexum demonſtravit libro eruditiſſimo: *Hiſtoire des Rois de Thrace, & de ceux du Boſphore Cimmerien eclaircie par les medailles*, idem comprobavit eo in opere, quod: *Regum veterum numiſmata anecdota aut perrara notis illuſtrata* inſcribitur, quin inter nobiliſſimos duumviros aliquid literariæ conluſionis intercederet. Aeram Sinopeoſium poſteriorem ab anno V. C. ɔɔɔvi ad ɔɔɔɔix. edito jam anno ɔɔɔɔɔɔɔɔ. xliv. libello, infra adjiciendo, retraxerat, qua inventione Cl. Belley novem annis prævenſſe in præfatione monuerim.

Quid quod ipſa dea Moneta (ſit verbo venia) vel illius, ut quibusdam viſa fuerant, conjecturas inventis ſubinde numis coronaverit. Quæ de Attio Spartacorum rege pro Maccabaicorum librorum finceritate hiſtorica diſputata ſunt, oblatus ab Inj. Savorgnano numus: ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΑΡΕΙΟΣ. inluſtravit in *Acceſſione ſua ad numiſmata regum veterum anecdota Vindobonæ an.* ɔɔɔɔɔʟv. Mortem Antiochi VII. ſeu Evergetæ, quam cum profanis ſcriptoribus ad annum A. X. ɔxxx. Seleucidarum ɔʟxxxiii. Cl. Wernsdorfius, ut Maccabæis ægre faceret, adfixit, Froelichius ad annum Seleuc. ɔʟxxxvi.

CLXXXVI. ſubmoverat in annalibus Syriæ, Et en numulus *auro contra chorus*, verbis viri celeberrimi utor, item ex muſeo ejuſdem nobiliſſimi Senatoris & Decemviri R. P. Venetæ autori dono oblatus, atque in numophylacio collegii Thereſiani hodie conditus, diſtinctis notis. ΕΠΡ. annum Seleucidarum CLXXXV. obtulit.

Hæc Cl. Erasmi ad annum ciɔɔccxlvi uſque ſtudia erant, hoc enim ſuperiorum juſſu ad collegium Thereſianum translatus eſt, ut adoleſcentes nobiles, qui in patriæ ibidem ſpes educantur, hiſtoriæ, antiquitatum, heraldicæ, diplomaticæ, Græcæ etiam linguæ rudimentis imbueret, id quod ita præſtitit, ut juventus ſub magiſtro ad ejus ſe ingenium ſubmittente, & emolliente quidquid aſperi ſcientiarum quarumvis initia habent, præclaras provinciarum Auſtriacarum utilitates ſponderet. Sane cum eodem in munere curam quoque Garellianæ bibliothecæ, locupletis omnino, gereret, librorum amore eo juventutem inflammavit, ut plerique horas animi remiſſioni conceſſas, inter mortuos jucundiſſime agerent, quin non deerant, qui ſub tanto magiſtro proveherentur longius, non meditatis commentationibus, quæ lucem viderant etiam, nomen ſuum inluſtre redderent; id certe conſecuti, ut labori, quem anxie adeo nobiles fere devitant, inde ab ætate prima inſuescerent.

Quantas vero eos per annos adceſſiones ad ſcientiam ſuam ipſe Froelichius adjecerit, arduum eſt dicere. Ut per numariam, a qua dum viveret, quievit nunquam, hiſtoriam

nam veterem ita obſcuriorem illam ævi medii re diplomatica juvare eſt aggreſſus, ut par vel illis eſſet, qui hac in arte conſenuerunt. Hinc ſpecimina duo genealogiæ Sounekiorum comitum Celeiæ & comitum Heunburg, diplomatariæ Styriæ animadverſionibus inluſtrata, archontologia Carinthiæ, adverſaria complura pro hiſtoria Styriæ, quam ob debitam in patriam pietatem ultimo velut loco, percurſis ante vicinis regionibus, deſtinaſſe videtur, ſunt enata.

Bibliothecæ lectiſſimæ a Pio Nicolao Gareſſi, Divi Caroli VI. archiatro conlectæ, atque e filio Joanne Hannibale uſui publico legatæ ſuperius mentio eſt injecta, nunc ita obiter hic prætereunda. Pluribus jam annis libri, quia locus, in quo digne conlocarentur, commode ſe non dederat, ciſtis ſuis ſepulti penitam magis obſtetricem nanciſci non poterant, quam Froelichii manum, a qua in lucem proferentur, incredibilem enim horum notitiam in luſtrandis, ordinandisque bibliothecis aliis, atque ex conlegii academici potiſſimum conbiberat, cujus etſi amplißimæ ſingulos libros in digitis velut adnumeratos diuturnus incola habuit. Quid in Græcis M. S. Cæſarem præſtiterit, ad gratam viri tanti memoriam a Cl. Kollario vulgandum cum voluptate intellexi.

Ad Granellianam, quam velut Benjaminum diligebat, redeo. An præclaræ huic coloniæ nitida magis per fornices habitacula in atrio ſeptem feneſtris continua ſerie lucem admittente paraverit, an erudito magis & commodo ordine in claſſes diſpoſuerit, hæſitant, qui viderunt hactenus.

mus. Illud praterea cum paucis bibliothecis commune Garellianæ præstitit beneficium, ut præter solitum catalogum singulari altero materiarum propria manu concinnato sit instructa, ut adeo nemo meam subcessoris pietatem sit carpturus, qua impellente ob tanta in librarium hunc thesaurum promerita eo in loco e regione fundatorum Garelliorum viro ornatissimo monumentum, utinam marmoreum haud ille, constituit; Exemplum effigiei, quæ ex vivi vultu picta in celeberrima Canonicorum ad S. Floriani Austriæ supra Onasum collegii bibliotheca (nam & huic eruditam suam operam locavit) a Georgio clarissimæ memoriæ Præposito est adpensa, exemplum, inquam, inter statuariæ ornamenta reliquo cubiculi cultui adcommodata porro imminet cum epigraphe:

ERASMVS. FROELICHIVS S. J.
DISPOSVIT. SVBPL. LECTISSIM. AVXIT.
DOCTR. AC. OPP. SVIS. INLVSTRAVIT.
B. G P. S.

Frontispicium hoc scita scalptum numus coronat, cujus typus, mutato solo in calamum sceptro, ex Divi Constantii Chlori sedentis aurea in numis signo est depromtus, aptissima inscriptione insignis.

REQVIES. OPTIMORVM. MERITORVM.

At-

Atque hæc quidem rudis quædam adumbratio eorum ornamentorum eſt, quibus doctrina vulgarem modum egreſſa P. Eraſmum condecorarat: quanto illa auguſtiora, veriora, quæ animus concluſerat? Pluruma quidem rara, viri intra ſe reducti, modeſtia oculatiſſima nobis ſubduxit, non tamen ita, quidquid demum adlaboraret, omnia obtegere potuit, ut non ſatis perſpiceremus, nihil quantumcunque demum doctrinam ad virtutes P. Eraſmi fuiſſe.

Quæ ad Deum pertinent propius, ea fide exſolvit, ut religio ſumma ubivis eluceret: non anxie penſabat, magnum & in ſpeciem inluſtre, ac minutum quid, & ſua parvitate velut evileſcens Numen exigeret: ut exhauriret, pro acerrimo ſtimulo erat, quod ad cultum Optimi Maximi noſſet pertinere. Quanta porro, & ſingularia reliqua ejus decora? Ad quæ ſe ſe ſolemni voti ſponſione obſtrinxit, fideliter eſt tutus: nemo erat, qui quæcunque ſuperiorum juſſa exequeretur alacrius, nemo, qui majore cum illis cultu ageret, adeo enim ab eorum imperiis non receſſit, ut ne quidem in rem ſuam illa interpretari mitius, æquum duceret, præterquam quod vel lecta ſibi fomenta negaret, morbis, & literarum ſtudiis fractum corpus, facileque rationi parens nec paucis, nec infrequentibus cruciatibus adterebat.

Sacram illam evangelicam inopiam peculiari amore complexus adeo eorum, quæ redundare ſibi videbantur, nihil admittebat, ut vel de illis, ſine quibus vix demum vivimus, non pauca detraheret, reſecaretque: præclarumhae

in re ad memoriam exemplum prodidit, cum ſuperioribus annis increpante ad Vindobonam bello Bojo Gallico migrandum eſſet Græcum, ſupellectilem ſuam omnem ſacco lineo, qualis quidem peregre miſſorum tironum humeris adpenditur, tam facile concluſit, ut ad explendum huatum inoeris ſociorum reculas nonnullas conſignari ſibi poſtularet dona, quæ ab inluſtribus viris & multa & magna obtrudebantur, modeſte ſemper rejecit, libros oblatos collegiorum uſibus inſcriptos, bibliothecis intulit, ex his academicum, & Theteſianum etiam numis ingenti numero & pretio æſtimatis, quos ſeu ab Auguſta, ſeu Perinl. de France, Inl. Marchioue Savorgnano, & Apoſtolo Zeno liberali manu acceperat, locupletavit.

Quaſi cum ipſa ſuperiorum providentia paterna, quos frequentes P. Eraſmi morbi ſolicitos habebant, multa ſubpeditaret, quibus ille paullo haberetur molius, pauca duntaxat, ne nempe patribus optimis deeſſe videretur, reliqua deprecatus, admiſit: profecto adduci nunquam potuit, ut togam nocturnam, qua ſuis in morbis uteretur, reciperet, dicere ſolitus: optime ſibi cum alata ſua veſte, quam domeſticam adpellamus, cui nempe tot annos ſine jurgio convixiſſet, convenire, aliam forſan novitate ſua omen magis quam lenimina futuram. Unde & factum, ut ne mora quidem ſpolium, quod detraheret reperiret, pro hæreditate enim immortalem a frientis gloriam, quæ tumulo major, & virtutum ſuarum recordationem, cui amplißima pridem a Numine decreta fuerunt præmia, reliquit.

Et

Et vero pronum est conjicere, ea tanto majora religiosissimo Froelichio constituta fuisse, quanto de se, suisque lucubrationibus sentiebat modestius: cujuslibet censuram, quod in tanta doctrinæ eminentia rarum, non æquo modo ferebat animo, sed & aliorum monitu sua in scriptis ea, quæ mutanda, detrahendave ducebant, emendabat, non sane pervicacem eorum secutus morem, qui membrum sibi a corpore divelli, quam literulam a suis commentariis decerpi malunt: si quando aliorum errores spongiam exigebant, id ita præstitit, ut veritatem unice, non triumphum quæsivisse videretur.

Ast fuit illud præclarum multo argumentum P. Erasmi modestiæ, Quemadmodum Augustus sessum gravissimis imperii curis animum præter eruditas oblectationes alias medii quoque ævi numorum, quos sumtu cæsareo & comparavit, & comparat hodie, perlustratione levare adsolet, ita Froelichium raro illo favore non semel est dignatus, ut ad se adcersitum, de numis cumprimis Parthicis anno CIↃIↃCCLI. magno numero adportatis differentem cum voluptate audiret: id quod contigit tum frequentius, cum Augustorum Principum emeharchium Austriacum, ut jures, ita ordine laborans, suos & in forulos sex annorum quotidiano labore cum socio C. du Vallio Florentinæ bibliothecæ præfecto primum, atque subinde me parante est, & catalogo illustravit; tum enim Augustus haud infra dignitatem suam duxit, persæpe adesse morum antiquissimorum antiquario, ejusdemque conatus commendare plurimum.

Non impares favores ab Auguſta pro eo, quo artes optimas fovet patrocinio, eſt expertus. Cum primum pedem fundato ab ſe collegio inter rudera adhuc, dum juventutis nobilis habitationi adaptaretur palatium, intulerat, primus de Froelichio queſtio, in primis alus adcerſitus, vir magnus eum adcenſendum deprædicavit frequentius, imo quoties de illo etiam poſt mortem ſermo inferebatur: Ex hac eſtimatione ſingularis illa munificentia profluxit, qua nummos omnes triplos ſui gazophylacii quinque capacibus ciſtis conditos plena fere & locuplete tam in argento, quam in ære omnis formæ ſerie eidem tranſcripſit. Erat, ubi ex gaza cum foco ſub meridiem reduci ipſo in aulico ponte obvia ſalutaſſe benignillime non contenta, lecticarium famulum inſequi juſſerat, qui ut prandium conduceret, ſuo nomine precaretur.

Rara adeo Auguſtorum in ſe benignitate, quam tanto ſtudio conſectantur multi, quibus ſine quam placet, ſi digito oſtendantur, dicanturque ir demum eſſe, quibus vale lumen propius adorare licet, tam parum intumuit vir modeſtiſſimus, ut non ſolum non actis cumulis quæreret, ut adloqui copiam obtineret frequentius, verum & ex eo, ad quod Principum juſſu vocatus erat, primo quovis tempore reverteretur. Quod quidem nequaquam Auguſtorum contemtu, a virtute omni alieno, egit, noverat enim quemcunque demum Principibus delatum cultum minorem eſſe, quam quo ſubjecti illorum vigiles pro menſuratate noſtra curas demerere poſſumus. at noverat quoque vel Deo ſa-

cra-

cratis viris, artibus haud optimis in aulam irrepentibus hujus ſplendore id non raro animorum fieri, ut ea, quæ ſine non eorum ſint, qui profanis ſe negotiis abdicarunt, audeant, molianturque.

Porro a viro tot aliis præfulgente virtutibus ardor adferendorum cœlo hominum inſtituto proprius minime aberat. Erit fors, qui opinabitur, campum pene nullum, in quo procurreret, virum merſum ſtiteris nanciſci potuiſſe: at fallitur, qui hæc apud animum ſuum ſtatuent. Dum in collegiis aliis verſabatur, juventus propa omnis ſcholaſtica eo conſciendæ arbitro, communique parente utebatur, nemo fere erat, qui non cum illo ineundæ vitæ deinceps agendæ rationes conſtitueret, & uſus ipſe comprobavit, non niſi ea monita, quæ lætiſſimum fortuita ſint exitum, in dubio hæſitantibus fuiſſe ſubpedicata.

Plus hac in re præſtitit eos per annos, quibus collegio Thereſiano datus erat; præterquam enim, quod nobilium pars major ſacro in tribunali animi ſui latebras illi conſtanter panderet, omnes, ne uno quidem dempto, eum, ſi morbo tentabantur, adeſſe ſibi volebant. Decumbentibus ex quocunque malo quid obſequii exhibuerit, noſſe qui volet, matrem de filii ſalute ſolicitam animo fingat, & nondum tamen omnem Cl. Erafini providam in illos curam exprimet: alius ex alio ventis ætati illi nondum uſu docta, quas ad ærumnas mortalium genus damnatum eſſet, ita morbos mitigabat, ut vel ipſi medici faterentur, ſanctiores, nec ju-

jucundas minus Frolichii artes tantumdem fere, ac medicamenta ad recuperandam valetudinem contulisse. At vero quo hi demum viri sanctissimi conatus pertinuerunt? non alio sane, quam ut teneros adolescentum animos non tam sibi, quam virtuti adstringeret, cujus etiam voti compos est redditus, nemo enim se illi junxit peritius, qui eos melior abuteret, qua tam facunde, quam festive hilariterque vel in familiari adloquio expingere virtutem noverat, ut quemque, qui alium audiret, tam utilia monentem non sequi puderet.

Immortales has virtutes longa demum patientia coronavit. Anni jam pene decem abieraut, a quo acutis per vices redeuntibus calculi doloribus cruciabatur, adhibebantur varia a peritissimis medicis remedia, at non profutura, quo enim morbo vexaretur P: Erasmus, non liquebat, dum demum mali vis, cui aut mitigando aut avertendo primis suuis impensum nihil erat, ita augeretur, ut remedium malo ipso pene dirius, sectio nempe suscipienda esset.

Conventum tandem fuit in operationem, ut vocant, chirurgicam exeunte Septembre anni ɔɔɔɔcc.vi, quo in negotio dubium est, an viri expertissimi Palluci dexteritas, qua vesicam calculo spheroide adplanato, atque tres uncias multum excedente liberavit, an christiani philosophi fortitudo magis admiranda fuerit, qua ut dolores acerbissimos suos superaret, ita ex hac, ut ita loquar evisceratione natos tam placide pertulit, ceu ad se non pertinerent ad-

admodum, quin incredibili adeo firmitate erat, ut feſtivis etiam ſalibus inſultaret.

Spes erat, exemto feliciter calculo, futurum, ut diu ſuperſtiti P. Eraſmo degere liceret, Sed quantum divina ab humanis abſunt conſilia! anno enim & non niſi menſibus novem interjectis, acuta adeo pleuritide proſtratus eſt, ut cum VI Nonas Julii ea tentari coepiſſet, ipſis jam Nonis expiraverit. Mortis imminentis nuncium non tam intrepidus, quam lætus excepit, ſumtiſque ſummis religione ſupremis myſteriis in theologicarum virtutum exercitio ad eum evolavit, cui labores ſuos omnes ſacros voluit. Auguſti principes, ut de periculo moniti, eundem ipſum, cui valetudinem ſuam, ſeu regnorum ſalutem credunt, adeſſe voluerunt, morbi, ſi res ſineret, depulſorem; ita ubi deceſſiſſe intellexerunt, dolorem ſuum de obitu viri, cujus vitam magni fecerant, teſtari non ſunt dedignati, a quibus quidem lugeri tam magnum, inluſtreque eſt, ut ad poſtumam Froelichii gloriam nihil addi poſſe videatur.

Ut plurium deſiderio ſatisfaciam, moleſtiamque præterea a me amoliar, identidem ab exteris expetitum librorum omnium a Froelichio editorum catalogum deſcribendi, mittendique, hæredes ut ita loquar, quos ſepulcrum minime ſequitur, lucubrationum nempe ſingularum titulos, annorum, quibus lucem viderunt, ferie additis typographi nomine, locoque editionis, & mole adſcribere conſtitui.

CATALOGVS OPERVM.

Vtilium rei numariæ veteris compendio propoſita. Accedit Appendicula ad numos colonarum per Cl. Vaillantium editos e cimelio Vindobonenſi cujusdam e S. J. *Viennæ Auſtriæ impenſis Joh. Adam Schmid. 1733. in 8vo.*

Appendicula ad numos Auguſtorum & Cæſarum ab urbibus Græce loquentibus cuſos, quos Cl. Vaillantius collegerat, conmunus e cimelio Vindobonenſi ejusdeme S. J. *Viennæ Auſtriæ typis Mariæ Thereſiæ Voigtin. 1734 in 8vo.*

Diſſertatio de numis monetariorum veterum culpa vitioſis. *Ibidem 1736 in 8vo.*

Quatuor Tentamina in re Numaria vetere I. Diſſertatio compendiaria de utilitate Rei Numariæ Veteris. II. Appendicula ad numos colonarum Romanarum a Cl. Vaillantio editos. III. Appendicula ad numos urbium Græce loquentium ſub Auguſtis percuſſos, & a laudato Vaillantio vulgatos. IV. Diſſertatio de numis monetariorum veterum culpa vitioſis. Editio altera ab autore recognita. *Ibidem 1737. in 4to.* atque *literum typis Kaltwodtianis 1751. in 4to.*

Animadverſiones in quosdam numos veterum urbium. *Viennæ Auſtriæ typis Mariæ Thereſiæ Voigtin 1738. in 8vo.*

Animadverſiones in quosdam numos veteres urbium. Editio altera auctior curante Antonio Francisco Gono. Accedit Manuſcti numiſmatum rariſſimorum, & antea nunquam editorum, præſertim ex circharchio Regio-Cæſareo Vindobonenſi. *Florentiæ ex typographio Albizzano 1751 in 8vo.*

De figura telluris Dialogus. Pars prior & poſterior. *Viennæ Auſtriæ typis Kaltwodtianis 1743 in 8vo. Iterum Paſſavii typis Mangoldianis 1757 in 4to.*

Appendiculæ duæ novæ ad numos colonarum altera, altera ad numos Auguſtorum & Cæſarum ab urbibus Græce loquentibus percuſſos. *Ibidem 1744 in 8vo.*

Annales compendiarii regum & rerum Syriæ, numis veteribus illuſtrati, deducti ab obitu Alexandri M. ad Cn. Pompeii in Syriam adventum cum amplis prolegomenis. *Viennæ Auſtriæ ex typographia Kaltwodtiana 1744 in fol. cum multis tabulis.*

De fontibus hiſtoriæ Syriæ in libris Maccabæorum Prolusio Lipſiæ edita, in examen vocata. *Viennæ Auſtriæ ex typographio Auſtro Imperiali 1746. in 4to.*

Annales Compendiarii Regum & rerum Syriæ nummis veteribus illuſtrati &c. Editio altera. Cui acceſſere nota compendiariæ, & monogrammata numiſmatum Græcorum, item mappa geographica. *Typis Kaltwodtianis Viennæ Auſtriæ 1750. in fol.*

Introductio facilis in mathesim, conſcripta ad uſum juventutis philoſophiæ provinciæ Auſtriæ Soc. Jeſu. Pars III. quarum I. de quantitatum calcu-

lo

lo faciliori, & proportione. II. Geometriam & trigonometriam planam complexa. III. Doctrinam de motu. *Ibidem 1748. Tom. III in 8vo.*

Dubia de Mithridati, aliorumque Armeniæ regum numis, & Arſacidarum epocha nuper vulgatis propoſita. *Ibidem typis Trattnerianis 1754. in 4to.*

Numiſmata Cimelii Cæſarei Regii Auſtriaci Vindobonenſis, quorum ratiora iconibus cetera catalogis exhibita (*Sociis laboris Cl. Valentino de Vall & Jos. Khell S. J.*) *Vindobonæ typis Trattnerianis 1755. Tom. II. in fol. majori*

Dialogus, quo diſceptatur, anne Rudolphus Habſpurgicus Regi Bohemiæ Ottocaro ab obſequiis fuerit, eundemque tentorio lapſili deluſerit. *Ibidem 1755. in 4to.*

Ad numiſmata regum veterum anecdota, aut rariora acceſſio nova. *Ibidem 1755 in 4to.*

Genealogiæ Sovereinorum comitum Celejæ, & comitum Heunburg Specimina duo. *Ibidem 1755 in 4to.*

Diplomataria ſacra ducatus Styriæ. *Ibidem 1756. Tom. II. in 4to.*

Notitia elementaris numiſmatum antiquorum Hiſtorum, quæ urbium literarum, regum, & principum, ac perſonarum illuſtrium appellantur. *Ibidem 1758 in 4to.*

Specimen Archontologiæ Caſtellæ. *Ibidem in 4to.*

Sequuntur opera alia, quæ a Nobiſſima juventute Collegii Regii Thereſiani foris præſerente, & manum dante Frohlichio conſcripta & typis data ſunt.

Tentamen genealogico-chronologicum pro novenda Serie comitum Gentiæ conſcriptum a Rudolpho S. R. I. Comite Colonna de Qualisca, L. B. a Cronberg Gontienſi. *Viennæ Auſtriæ typis Trattnerianis 1752 in 4to.* Editio altera aucta & emendata ab ipſo auctore Illuſtriſſimo. *Ibidem typis Kaliwodianis 1752. in fol.*

Regum Veterum numiſmata anecdota, aut perrara, notis illuſtrata, collata opera & ſtudio Franc. Antonii S. R. I. comitis de Kevenhüller. *Ibidem typis Trattnerianis 1752. in 4to.*

Diplomatarium Garſtenſe emendatum, auctum, illuſtratum ex collectaneis, MS. R. P. Sigismundi Pöich e Soc. Jeſu, & ex aliis monumentis opera Michaelis Caroli S. R. I. Comitis ab Althann. *Ibidem 1754. in 4to.*

Caſula S. Stephani regis Hungariæ vera imago & expoſitio, quas publicæ luci donavit Franciſcus L. B. Balaſſa de Balaſſa Gyarmath. *Ibidem in 4to.*



Scripsere de historia, & numismatibus familiæ Odenathi TRISTANVS *in vitis Imp.* Gallice scriptis HARDVINVS SPANHEMIVS, ABRAHAM HELLERVS Anglice *in antiquitatibus Palmyræ cum observationibus criticis.* TILLEMONT, BANDVRIVS.

Primo dicam brevissime, quæ his in rebus certa, deinde, quæ sint ambigua. tertio quid alii hactenus censuerint, quaque ratione ego cum scriptoribus conciliandos numos putem, paucis exponam; denique testimonia argumentisque partim, partim conjectura dicta fidem adstruere contendam.

Illud

Illud satis perspectum, certumque tenemus, fuisse in Syria oriental Saracenum, Syrumve dynastam, ob majores suos etiam Romanis honoratum nomine ODENATHVM, ODANATHVM Ὀδαναθὸν eundem habemus scriptum apud ZOSIMVM, in marmore Palmyreno hoc nomen ΟΔΑΙΝΑΘΟC, ODENATHVS legitur, at in numis ΟΔΗΝΑΘΟC. ODENATHVS. Capto a Persis VALERIANO Augusto rem Romanam ODENATHVS io oriente qua servavit, qua restituit collapsam. Saporem regem magnus deinde damnis idem affecit, recepta Mesopotamia, Ctesiphontem usque Persas cum rege suo persecutus est, ob easque res gestas (cum regulus jam prius saltem dynasta esset ODENATHVS) volente, jubenteque GALLIENO, imperii collega, & Augustus rectorque orientis renunciatus fuit. Sedes porro ODENATHI Palmyrae & ante augustale fastigium, & deinceps fuit, quae illustris extremae ad ortum Syriae urbs, & fors colonia Romana, Syris ac Saracenis late tum jura dabat.

An. Aerae Christi

260

261

262

264

Anno Aerae Christi 267 a Maeonio *consobrino*, ut eum appellat POLLIO, vel ut ZONARAS *a fratris filio* occisus est ODENATHVS una cum filio HERODE, fidus Gallieni amicus fuerat; reliquit viduam, alteram suam conjugem ZENOBIAM, cum duobus ex eadem filiolis HERENNIANO ac TIMOLAO: alio item superstite Odenathi e priore conjuge filio BALBATHO, seu VABALATHO. Et vero duos Odenatho jam viris aetate filios, atque adeo e priore conjuge, fuisse colligitur ex ZONARA *Annal. lib. XII. in Gallieno*

267

Conſtat porro ZENOBIAM prudentem, fortemque mulierem parvulorum filiorum nomine, poſt Odenathi mariti necem, imperium orientale obtinuiſſe: mox eandem a Romanis ſub GALLIENO ſe ſe ſeparaſſe, dum militem Romanos Heraclano duce in Perſiam moturos, vi repulit, ſubinde per Zabdam, vel Zabam belli ducem omnem Syriam, & Aſiæ minoris magnam partem occupavit Zenobia: quam & Ægyptum denique, hæſitantem, ac partim CLAVDIO Aug. aliquamdiu obedientem ſibi ſubjecit.

Quod grande opus ſub GALLIENO inceptum duobus annis ſequentibus ſub CLAVDIO imperatore perfectum eſt,
268 quem Germanicum, Gothicumque bellum occupabat. AV-
269 RELIANVS Claudii ſucceſſor confecto Alemanico, & Marco-
270 mannico bello, arma in uſurpatricem, ut putabat, Zeno-
272 biam convertit, primum victus, deinde victor: demum Zenobiam Palmyram uſque profugam, ibidem Aurelianus
273 obſidet, atque clam ex urbe elapſam, e fuga captivam retrahit, ac triumpho ſervatam, ſecum abducit cum filiorum
274 uno, aut utroque. Zenobia ab Aureliano in triumphum ducta, vivere permiſſa eſt, ejuſque familia Romæ in alterum ſeculum perduravit. Aurelianus Januario menſe interfectus
275 locum dat poſt octo menſium interregnum M. CLAVDIO TACITO qui ſex menſes imperio præfuit.

Hæc enim vero ſatis comprobata habemus e ſcriptorum veterum, etſi non aptiorum, hiſtoria, nempe e TREBELLIO POLLIONE *in Gallienis II., & in triginta tyrannis* atque

que *in Claudio* tum ex *Annalibus* ZONARAE, *& ex Aureliano* FLAVII VOPISCI, atque ex EUTROPIO ſtrictim, ſed fuſius ex ZOSIMI *Lib. I. hiſtoriæ novæ.* At enim quinque, vel quatuor iſti hiſtoriographi, neque inter ſe ſatis, neque cum numis antiquis convenire videntur, præcipue quod relictos Odenathi e Zenobia filios attinet, ipſamque Zenobiam.

Nam ZOSIMVS *Lib. I.* (*pag.* 33. *Henrici Stephani*) unius anonymi Zenobiæ filii meminit, ipſamque deceſſiſſe antea, quam Romam perveniret, his verbis: *Igitur Aureliano verſus Europam* (ex Aſia) *moventi, Zenobiamque cum* FILIO, *& cæteris omnibus, qui rebellionis participes fuerant, ſecum ducenti, Zenobiam quidem ipſam aiunt vel morbo correptam, vel a cibis abſtinentem deceſſiſſe, reliquos autem, excepto Zenobiæ* FILIO, *in medio freti Chalcedon Byzantiumque interjecti, ſubmerſos.*

Contra TREBELLIVS POLLIO Odenathi filios tres nobis diſerte prodit, ita de ODENATHO ſcribens: *Aſſumpto nomine primum regali cum uxore* ZENOBIA, *& filio majore, cui erat nomen* HERODES, *minoribus* HERENNIANO *&* TIMOLAO, *collecto exercitu contra Perſas profectus eſt.*

Idem hiſtoricus in *Triginta tyrannis* de HERENNIANO, ac TIMOLAO ſeorſum agit, itemque de HERODE, quem non e Zenobia, ſed e priore conjuge Odenathi genitum, una cum patre interfectum fuiſſe perhibet, jam Auguſtum cum patre appellatum, id non ſine noverca Zenobiæ cum parricida Me-

Mæonio, Odenathi consobrino, vel fratris filio consensione factum commemorat, quæ suismet filiis imperium hac via parabat. En verba POLLIONIS in *Mæonio*: *Dicitur autem primum cum Zenobia consensisse* (Mæonius) *quæ ferre non poterat, ut privignus ejus* HERODES *prior loco, quam filii ejus* HERENNIANVS *&* TIMOLAVS *principes dicerentur.* Zenobiam porro duorum filiorum nomine imperasse idem asserit.

Jam vero FLAVIVS VOPISCVS, neque ac TREBELLIVS POLLIO & EVTROPIVS Zenobiam Romæ in triumpho ductam multis cum adjunctis describunt contra, quam fama ad ZOSIMVM pertulerat. VOPISCVS porro *in Aureliano* TREBELLIVM corrigit, dum ita scribit: *Hic quoque ad rem pertinere arbitror,* BALBATI *filii nomine, non* TIMOLAI, *&* HERENNIANI, *imperium* (Zenobiam) *tenuisse, quod tenuit.*

Novum hic Zenobiæ, & Odenathi filium prodere videtur POLLIO nomine Balbatum, sive potius VABALATHVM, aut VABALLATHVM, uti docent numi Græce & Latine inscripti, qui caput Aureliani cum Vaballathi capite conjungunt. Hunc Vaballathum non dubito esse Odenathi alterum e priore conjuge filium Herodis Germanum, quod colligo e ZONARAE *Annal. in Gallieno*: ubi de MÆONIO agit, cui patruus ODENATHVS ob contumaciam in venatione equum ademerat, & carceri incluserat: *Sed postea rogatu filii Odenathi* NATV MAJORIS, *filiorus* (captivitate Mæonius) *stricto gladio ipsum Odenathum, & ejus filium liberatorem suum in carcere*

in-

interemit. Ita ZONARAS *Annal. L. XII. §. XXIV. pag.* 633. *edit. Parisinæ typographiæ regiæ.* Hunc Vaballatho filium tribuo item Vaballathum

Jam Odenathi, & familiæ ejus hic proponenda sunt numismata, quæ meam non effugere notitiam. Illud præmoneo, me fidem plenam non habere numis, qui ab occone, aut solo nolitio prolati, subinde e mediolano adducti nuspiam apparuere, quales sunt, quos asterisco indicabo.

* AYT K. OΔHNAΘOC CЄB)(L. Γ. *anno III.*
* AYT.KAIC.OΔHNAΘOC.CЄB,ЄYC.)(L. Δ. *an. IV.*
* IMP C. ODENATHVS P. F. AVG.)(. . .
* IMP. C. HERODES P. F. AVG
  PAX. AVGVSTI. Mulier stans d. ramum, & hastam transversam.
* Simile caput)(PRINCEPS IVVENTVTIS. Ara cum igne.

Proferuntur a BANDVRIO etiam numi HERODIANI, qui HERODI tribuuntur, sed & hoc, & numi ipsi incerti sunt.

VABALLATHI sequentes numos eo ordine propono, ut, primo loco hi sint, qui nondum IMPERATOREM, nec AVGVSTVM diserte exhibent. Secundo loco veniunt cum titulo IMPERATORIS (& CAESARIS forsan) tertio demum loco prodeunt cum IMPERATORIS CAESARIS AVGVSTI titulis, ac solo caput Vaballathi, nam priores numi omnes simul

caput Aureliani Auguſti conſignatum habent. Numos hoſce omnes tribuo HERMIAE VABALLATHO junioni, VABALLATHI filio, ODENATHI nepoti.

IMP. C. AVRELIANVS AVG. caput radiatum, lorica ad pectus.

VABALATHVS VCRIMDR. caput Vabalathi laureatum, ad humeros cum paludamento. *Argenteo & Aeneo III.*

Hæc iterum poſt Vabalathi nomen, nempe VCRIMDR, in bene conſervatis numis conſtanter obſervata ſunt, quas paullum varinta HARDVINI ingenioſa lectione ita expono. VICE CAESARIS ROMANI IMPERII DESTINATVS RECTOR Nempe orientalis imperii, ubi ODENATHVS Imperator Auguſtus fuerat, filius ejus, aut nepos VABALATHVS primum ab Aureliano DESTINATVS RECTOR VICE CAESARIS appellatus eſt. DESTINATI IMPERATORIS titulum numismata Caracallae tribuunt, atque etiam inſcriptio relata a BOXHORNIO *ad ſcriptores hiſtoriae Auguſtae minores.*

Porro etiam CAESAR DESTINATVS legitur M. AVRELIVS. ANTONINVS apud GRVTERVM *N CCC 1. col.* 2. Denique RECTOR. ORBIS. in moneta Didii Juliani, & Antoninorum Caracallae atque Elagabali occurrit.

Exiſtimo conſenſu Aureliani Auguſti VABALATHVM *junio-rem* in Latinis numis titulum paullo modeſtiorem ſignaſſe, quam in

in Græcis, eodem anno nempe primo Aureliani Auguſti ſignatis, ubi IMPERATOR (& CAESAR fortaſſe) Vabalathus appellatur, uti mox videbimus.

Aureliani, & Vaballathi Latini ejuſcemodi numi, qualem deſcripſimus, extant complures, etſi rariſſimi ſint ſinguli, cum varia literis Græcis ſub pectore Aureliani ſignatis, nempe.

B	-	-	-	-	-	-	2
Γ	-	-	-	-	-	-	3
Δ	-	-	-	-	-	-	4
Є	-	-	-	-	-	-	5
-	-	-	-	-	-	-	-
Z	-	-	-	-	-	-	7
H	-	-	-	-	-	-	8

Quas ego ſeu literas, ſeu numerorum notas non puto deſignare *annum imperii* neque Aureliani (qui quintum in annum duntaxat imperavit) neque Vaballathi, quia ſub ejuſdem capite poſitæ non ſunt, neque ſolitam literam L. *anni* adjunctam habent. Poſſunt numeri iſti vel ad typarii novi, vel ad officinæ monetariæ indicium referri. Jam ad Græcanicos.

A. ЄPMIAC OYABAΛΛAΘOC. AΘHNY. *Sic* L. Δ. In alio: AYT. ЄPMIAC. OYABAΛΛAΘOC. AΘHNOY. LΔ.

Quoniam ΑΘΗΝΥ alias occurrit, alias ΑΘΗΝΟΥ, ſejunctim legendum puto: ΑΘΗΝ. Τος, vel ΑΘΗΝΟ. Τος id eſt: IMPERATOR HERMIAS VABALLATHVS ATHENODORI FILIVS. ANNO QVARTO. (In unico apud SANDVRIVM habetur ΑΥ. Κ. *Imperator Cæſar* loco Α. vel ΑΥΤ.) Caput Vaballathi juvenile laureatum, pectore paludato. In averſa parte eſt caput Aurelian laureatum ita inſcriptum:

Α. Κ. Λ ΔΟΜ (vel ΑΥΤ. Κ Λ. Δ.) ΑΥΡΗΛΙΑ-
ΝΟϹ ϹЄΒ. L. A.
Imperator Cæſar Lucius Domitius Aurelianus Aug. Anno primo.

Similes aneæ craſſiuſculi numi ſecundæ, ac tertiæ magnitudinis proferuntur apud SANDVRIVM cum iisdem capitibus, & cum annorum notis ſequentibus eodem in numo compoſitis:

Æra X.	AVRELIANI	&	VABALLATHI
270, & 271.	- - - - L. A. Anno I.		- - - - L Δ. Anno IV - -
271, & 272.	- - - - L. B. - - - II.		- - - - L Є. - - - V - -
272, & 273.	- - - - L. Γ. - - - III		- - - - L ϛ. - - - VI - -
273. & 274.	occo Vaballathi numum retulit cum L. Z. - - - VII		

Reddenda eſt ratio, cur legam vel ΑΘΗΝΥ vel ΑΘΗΝΟΥ *Athenodori filius*, id præſtabo, propoſitis antea reliquis Latinis VABALLATHI monetis, quibus idem jam ſe *Imperatorem Auguſtum*, & ſine Aureliani conſignato capite, ſcribendum curavit, mortuo, ut opinor Aureliano. SAN-

DV-

nvmo numos hos debeo, uti & pleroſque Zenobiæ, ac filiorum ejuſdem, qui ænei ſunt tertiæ formæ.

IMP. C. VHABALATHVS. AVG. caput ejus radiatum, ad humeros cum paludamento

AEQVITAS. AVG. Mulier ſtans, d. pateram, ſ. cornucopiæ.

Idem caput, & epigraphe

VICTORIA AVG. Victoria gradiens d. lauream, ſ. palmæ ramum, in area aſtrum.

Idem caput, & epigraphe

VIRTVS. AVG duo numi: in altero Hercules nudus ſtans capite laureato cum globo aut pomo, & clava, atque exuviis leonis. In altero. vir armatus cum haſta & clypeo, in area aſtrum.

Jam ZENOBIÆ numismata ſubjicienda ſunt, quorum primum ſingulare extat in *Muſeo Theupoli* Venetiis teſte catalogo publici juris facto, cetera ſunt apud BANDVRIVM propoſita demtis duobus poſtremis

AVT. K. A. Δ. AVPHAIANOC. CEB. *Imp. Cæs. Lucius Domitius Aurelianus Auguſtus* caput laureatum.

CEPTIMIA. ZHNOBIA. CEB. *Septimia Zenobia Auguſta*, caput ejus. Æneus *Muſei Theupoli.*

Hic ſalus Zenobiæ numus cum Aureliani capite, & ſine anni nota inventus fuit

Æra X. CЄIIΓIMIA ZHNOBIA. CЄB. caput ejuſdem
271 L Є *Anno V.* Spei figura gradiens d. florem ſ. veſtem elevat. In alio ſimili Spes tenet ſ. gemmum cornucopiæ. (a)

CЄII ZHNOBIA CЄB. caput ejuſdem
271 L. Є. *Anno V.* Mulier ſtans ſ. thuribulum, dextram extendit ad aram. Æneus II. *collegii acad. Vindobonenſis S. J.*

CЄIITIMIA ZHNOBIA CЄB caput ejuſdem.
273 L. Z. & ΠAA. Arbor palma. *Anno VII* (b)

Palmyræ ΠAA. legendum eſſe potius, quam Paleſtinæ (uti voluit Harduinus) monet annus ſeptimus Zenobiæ, qua ipſa, antea jam victa, atque Syriæ, & Paleſtinæ depulſa regno, *Palmyræ* obſeſſa, & mox inde profuga capta fuerat. Potuit numus iſte inclinante anno 273. ſignari a Palmyrenſibus, Aureliano rurſum rebellibus.

HERENNIANI, denique & TIMOLAI Zenobiæ filiorum numiſmata dubiæ fidei, ita ex VAILLANTO repræſentat BANDURIUS:

? HERENNIANVS, ET TIMOLAVS. AVGG - - - -
PRINC. IVVENT - - - -

MAF-

(a) Ita communicato mihi ab Ill. B. Philippo de Stoſch ingenti numorum Ægyptiorum catalogo ad juvandum cœptam a me lucubrationem chronologiæ Augg. ex ſolis Alexandrinis, Zenobiæ aureus ſimili epigraphe notatur, in cujus averſa Dianæ caput gerit quo luna hiceraia.

(b) Idem literatorum fautor de id genus nummis his verbis me monuit: *Ad ea loco ponam, hunc unum a me credi a falſario quodam lucri cupido eſſe confictum, ut antiquariis imponeret. Impoſturam tamen ſatis dignoſcet, quicumque ejus fabricam cum ſupra relatis genuinis nummis conferre voluerit.*

MAEONII conſobrini Odenathi nummmetica epigraphe ab occone ita profertur.

* AYT. KAIC MOIΩNIOC. ЄYC. CЄB. *Imperàtor Cæſar Maonius, Pius, Auguſtus.* . . . .
L. A *Anno I* . . . .
* IMP. C. MAEONIVS P. F. AVG. IM MEOTOPARBVS.

Omiſſis interea numismatibus incertis, aſteriſco ſignatis, conſidero reliquos, præcipue VABALLATHI, ac ZENOBIAE numos. In Vaballathi monetis Græcis vi ΑΘΙΗΝΥ. vel ΑΘΗΝΟΥ. lego ΑΘΗΝο. ΔΗΡΟΤ. Υ ΙΟΣ. *Athenodori filius* idque triplici ex capite.

Primo quod ΑΘΗΝΟΥ. in gignendi caſu nullum nominativum Græcanicum congruentem habet; neque enim ΑΘΗΝΑΣ. vel ΑΘΙΗΝΗΙΣ. vel ΑΘΗΝΟΣ. Græco more dicitur, ſed ΑΘΗΝΑΙΟΣ. aut ΑΘΗΝοΔΩΡοΣ, aut aliud vocabulum ſane formaretur. Neque in vocabulo Græco ad barbaram formationem eſt confugiendum.

Secundo errori monetariorum tribui non poteſt in his numis elegantibus, & nullo alio vitio deformibus, duplex illa ſcribendi ratio, ſæpius occurrens utraque, nempe ΑΘΗΝΥ vel ΑΘΗΝοΥ. Itaque probabilius eſt vi Υ. ſeparandum eſſe, & ΥΙΟΣ. *filius* legendum; cum præterea & ΑΘΗΝ. & ΑΘΗΝΟ. ita legi poſſit ΑΘΙΗΝοΔΩΡοΥ.

Ter-

Tertius legi vero ita oportere. AΘHNoΔΩPoY. Res mihi quidem prope certum fecit numisma æneum item, mediique æris, uti multa Vaballathi, & Ægyptiaco itidem more signatum, quod HARDVINVS *ad Plinium Tom I Tab. IV N. II* promit, & *pag* 261 memoravit, inventum in museo doctissimi D. DE BOZE ita habet.

AYPHAIANOC AΘHNoΔΩPoC

Aurelianus Athenodorus, capita laureata imberbia, adversa *Aureliani* & *Athenodori* utrumque virilis ætatis.

In aversa, Intra lauream L. A - - - *Anno Primo* Aureliani
L. Δ. - - *Anno Quarto* Athenodori

Vix licet hoc ATHENODORI numisma, Ægyptia specie signatum, alteri principi huc anni Aureliani Aug primi ætati tribuere, quam ex ODENATHI, & ZENOBIÆ familia, cui Ægyptus, & totus oriens Syriacus parebat, sublato etiam Ægypti tyranno PROBATO per Zabdam Palmyrenum ducem, & Mæonio dudum per milites interfecto, Claudioque extincto. Præterea hæc numismatis ATHENODORI forma minimum profecto convenit cum illis VABALLATHI monetis, quæ itidem *Aureliani caput*, *annumque primum* cum *capite Vaballathi*, *annoque quarto* repræsentant. Denique annus quartus Athenodori principis plane ab obitu Odenathi computatus convenit cum anno primo Aureliani.

Quoniam vero nos hic destituunt historiarum scriptores, qui tosi sunt in describendo bello per Aurelianum con-

contra Zenobiam geſto, parumque cetera aut indaguſſe, aut diſquiſiviſſe videntur, quippe qui ATHENODORI nuſpiam (ſaltem hoc ſub nomine) meminerunt, atque de Odenathi ac Zenobiæ filius inter ſe diſſentiant. Licet nobis non quidem fidem, quam vix merentur, hiſce derogare ſcriptoribus, ſed interpretatione aliqua eoſdem inter ſe, & præprimis cum numismatibus conciliare.

Itaque rem omnem ſic mecum reputavi: VABALLATHVM (ſeu *Balbatum*) vopiscvs aſſerit *Odenathi & Zenobiæ* filium, ſed ambigua ſententia, dum ait: *Zenobiam Balbati filii nomine* imperium ſumpſiſſe, non *Herennium & Timolai*. Primum vè *Balbati filii* ita accipi poteſt, ut non filius Zenobiæ intelligatur (quia non ſcribitur *filii ſui*) ſed *Balbati junioris* ſeu filii alius Balbati. Ita mentio fit non nunquam *Philippi filii*, vel *Lucii filii* pro: *Junioris*.

Conſtat porro e TREBELLIO, fuiſſe *Herennianum & Timolaum* Zenobiæ proprios ex Odenatho filios. Quare illud *Balbati filii nomine* poterit rectius ſic accipi, ut, qui reapſe erat, *prognatus*, hic *filius* vocetur, atque *ejus nomine imperium*, id eſt, VABALLATHO tanquam filio Odenathi natu majori, e priore conjuge ſuſcepto, *debitum imperium* Zenobia ſibi majore ex parte (cum filiis ſuis) uſurpaſſe.

Enimvero VABALLATHVM noverca odia veritum (quæ jam Herodem *Vaballathi fratrem* ſuſtuliſſet) Romanorum amicitiam ac tutelam captaſſe exiſtimo, ac præcipue

AVRELIANI imperium adepti, bellica laude, & severitate clari. Numismata hic nos edoceant, quod historici praetermisere. Comparent numi & ATHENODORI, & ZENOBIAE, & VABALLATHI singuli cum AVRELIANI capite; ATHENODORVM hunc, RALBATVM altero nomine, seu VABALLATHVM potius fuisse censeo, atque filium ejus, duplici item nomine HERMIAM VABALLATHVM, qui etsi a Latinis in numis aliorum tantum *Vabalathi* nomen signandum curavit, etsi in Graecia *Hermae Vaballathus Athenodori filius* scribatur. Ita & SEPTIMIVS ODENATHVS, & SEPTIMIA ZENOBIA duplice nomine fuere.

Zenobia Aurelianum belli coſum verita, ejus vultum, dum is imperium adiit, cum vultu ſuo ſignandum curavit, fortaſſis ut aliqua ratione eum ſibi conciliaret, ſed in unico numo (ubi ſe *Auguſtam* tamen appellat) id eſt inventum; nam in aliis ſolum ſuum caput cum *Auguſtae* titulo oſtentat. Quare cum ab Aureliano nihil pacati ſibi ſperandum intelligeret Zenobia, oblatam Aureliano amicitiam in odia, atque arma convertit.

Contra VABALLATHVS ATHENODORVS, heres Odenathi, *quartum ſui imperii annum*, nempe ab obitu Odenathi, cum *primo* quidem *Aureliani* rite conſociat (nam ODENATHVS periit an. 267. Aurelianus imperium adit in Majo an. 270) ſed quod & modeſtiam prae ſe ferre, & nihil tamen de jure, ſuo imperii orientis decedere vellet, politica diſſimulatione neque ſibi titulum *Auguſti*, neque Aureliano de-

dit

dit, ſed utriusque laurearum caput cum ſolo nomine conſignavit.

Athenodori filius HERMIAS VABALLATHVS itidem caput Aureliani & *annum I* ejus, cum ſuomet capite & *anno II* conſociavit, in Latinis quidem, & velut Romani commatis monetis duntaxat cum titulo *Victrix Cæſaris*, & *Deſtinati Rectoris Orientis*, imo etiam cum ſolo *Imperatoris* titulo in Græcis numis, qui deinde biennio ſequente, ſi non ulterius, eadem forma comperent, ſed anni creſcentibus numeris.

Itaque aut HERMIAS VABALLATHVS (cujus puerilis pene vultus, aſt ATHENODORI virilis exhibetur) a patre Athenodoro Vaballatho conſors illico imperii aſſumptus eſt poſt Odenathi obitum: aut more in Ægyptiacis Auguſtorum monetis obſervato, HERMIAS VABALLATHVS mortui patris Athenodori annos continuavit ut ſuos. Suppetunt ſimillima exempla in numis Ægyptiacis M. Aurelii, & Lucii Veri, item Commodi, atque Antonini Caracallæ, qui etiam parentum ſuorum, vel adoptantium jam mortuorum imperii annos continuato numero aut inſculpendos curavere.

Non dubito Vaballathum *fratrem* item, ut patrem, Aurelianæ (cum quo in monetis conſociatur) amicum ſe præſtitiſſe, dum Zenobia interea ſola cum ſuis filiis duobus, vel altero defuncto, cum unico filio (uti ZOSIMVS voluit) bello contra Aurelianum periclitari voluit, ſed exitu infelice.

ZENOBIA annos ſui imperii eosdem in numis ſignavit, quos VABALLATHVS, quia ambo annos principatus ſui ab obitu ODENATHI computavere. Itaque ab anno 267. ad 273., quo capta eſt ZENOBIA, non niſi *ſeptimus annus* Zenobiæ ſignari potuit, isque incipiens, neque numi Zenobiæ numerum ultra Z. ſeu. VII hactenus obtulere.

HERMIAS VABALLATHVS aut ob fidem in Aurelianum ab eodem *Auguſtus*, & collega imperii appellatus fuit, aut mortuo Aureliano, ſibimet eum titulum circiter annum 275 adſcripſit, fluctuante ſub Tacito, & Floriani perbrevi regimine Romano imperio. Iode numi illi VABALLATHI Latine inſcripti comparent cum ſolemni *Auguſti* titulo, & cum *ſole* ejuſdem capite corona radiata ornato, quæ hac ætate in Auguſtorum numismatibus frequenter conſpicitur.

Ubinam locorum VABALLATHVS uterque (Palmyram & Ægyptum, & Syriam obtinente Zenobia) rerum potiri fuerit, dicere non poſſum. Suſpicor in parte aliqua Ægypti, aut in vicina Arabia, vel Paleſtina, ſub tutela Romanorum Vaballathos ſe ſe ſuſtinuiſſe, dum Zenobia vinceretur.

Liceat jam ſyſtema noſtrum ſchemate genealogico, & chronologico ante oculos ponere. Non libuit adnotare iſthic annos in numismatibus antiquis repertos, quos jam antea ad ſua tempora retulimus.

NASO-

MAENNUS

HERACLEO VABALLATHUS

Primi hi duo ex insigni ista Palmyrenæ desumpti sunt, in qua ego eundem Æmilianum Vaballathum pro suo binomine accipio, etsi alii in ea insigni prosapia filii & nepotes Odenathi tribuantur nondum perspicio.

SEPTIMIUS ODENATHUS seu HERANATHUS

Palmyrenus dynasta victoriæ, ob majores suos, ab Romanis Imperatoribus honoratus.

Valerianum vindicaturus, Sapôrem Persam vincit, ac fugat. 260.
Recepta Mesopotamia Ctesiphontem petiisset. 261
Gallieno Aug. Persas captivos mittit qui triumphum agit de victoria non sua 262.
Odenathus Persis iterum victis *Augustus* a Gallieno appellatur 263. & 264
Odenathus a *Meonia consobrino*, vel *filiastro* Zenobiæ uxore forsan consentiente, una cum *Herode filio* perimitur. 267

Uxor I. N.

SEPTIMIUS HERODES vel HERODIANUS filius unperi orientalis a patre factus, cum eodem perit 267

ATHENODORUS VABALLATHUS 267 mortuo patre partem imperii obtinere Romanis conatur. Obiisse videtur anno L. Aureliani Aug. relicto filio

VOPISCUS in *Aureliano*. ZONARAS in *Gallieno & sequentibus*

Uxor II. Sept. Zenobia

e stirpe Ptolemaica regum Ægypti.

267 Occiso marito, & privigno HERODE & spretro altero privigno ATHENODORO Vaballatho ipsa cum duobus illis filiolis imperat, Gallieno inimicum se præbet

268 & 269 Claudio Aug. alias bellis distento ipsa per ducem Zabdam Syriam, Ægyptum, Asiæ partem sibi subdit

270. Aureliani amicitiam quæsivisse videtur, sed frustra

272. Vincit primo Aureliani copias, dein

273. Victa Palmyræ obsidetur inde fugiens capitur. Palmyra capta, iterum rebellat everteturque

274. Ab Aurelliano in triumpho ducitur Zenobia, Romæ vitam agit posteros relinquens.

HERMIAS VABALLATHUS vel patruus collega jam antea 267, vel successor 270. coïit cum Aureliano amicitiam quo consentiente primum *Victoriæ Cæsaris* & *Designatus Imperator*, mox etiam durante anno primo Aureliani Aug. 270 & 271 *Imperator* in Græcis monetis appellatus est. Postea *Augusti* titulum nactus fuit; quæ omnia ex nummis constituimus.

HERENNIANUS videtur ante obiisse, quam Zenobia capta sit, quia zosimus tunc unius filii meminit.

TIMOLAUS Romuli dominatu, & moris amatori, esse VERELLIO POLLIONE.

ACHILLEVM quendam ZENOBIAE *parentem* appellat FLAVIVS VOPISCVS *in Aureliano*, cui rebelles Palmyreni, capta jam Zenobia, imperium pararint. Sed ZOSIMVS *Lib. I.* Antiochum vilis conditionis hominem nominat, cui Palmyreni seditiosi imperium obtulerint. Forte duobus deinceps obtulere idem imperium. Videtur VOPISCVS locutus minus propria, dum *parentem* Zenobiae pro sanguine juncto nominasse videtur.

ERAS-

ERASMI FROELICH E S. I.

ADPENDICVLAE DVAE NOVAE AD NVMISMATA ANTIQVA A CL. VAILLANTIO OLIM EDITA.

EDITIO ALTERA.

AD LECTOREM.

NOmus antiquis, qui hiſtoriam, chronologiam, & geographiam non ornare modo, ſed juvare etiam contendunt, quam ampliſſimis harum opum collectionibus utantur neceſſe eſt. Sane ſingula numi minus fere, quam ſingula marmora, vel diplomata nos docent, numero igitur compenſare debent ſingularem fidelitatem, ut aliorum, quibus adveritatem eruendam uti ſolemus, documentorum pretium exæquent. Optant ſane plerique amplificatas habere MEDIOBARBI & VAILLANTII numorum collectiones. Ego quidem ad ampliandum hoc veluti ædificium, quantum ferre imbecillæ valent humeri, uſque aliquid comportabo. Duabus, quas aliquot abhinc annis ſterum in lucem dederam ad VAILLANTII numiſmata coloniarum, & Græciæ antium urbium, appendiculis nunc geminas novas, etſi minores, adjungo.

Num mata iſthic propoſita in cumulo GRANELIANO collegæ Vindobonenſis S. J. partim mei, partim ejus comuli. Plurima vero, & fere rariſſima illa, ex Oriente olim attulit R. P. CHRISTIANUS ETSCHLAGERUS J., Vir antiquitatum, & plurimarum linguarum mire peritus, qui in ſacro ægrotorum obſequio animam poſuit. Nonnulla quoque numiſmata hic recenſita, debentur induſtriæ collegæ mei R. P. JOSEPHI FRANZ, ex Oriente reduces. Denique ut majuſcula fieret acceſſio, ſuum quoque cumulum patere mihi, pro egregia humanitate ſua, voluit Illuſtriſſimus Dominus Liber Baro LUDOVICUS DE STEIN, quæ remodi opum dives, perituſque poſſeſſor. Stemmata numis Illuſtriſſimi poſſeſſoris ubique adſcripta eſt nomen: ceteri ſunt collegii noſtri, quorum aliquos, iconiſmis repræſentatos, quatuor tabulis exhibemus. Vale!

APPENDICVLA NOVA
AD
NVMOS COLONIARVM
A
CL. VAILLANTIO
EDITOS.

1.

C. I F ANN. XXXI *Colonia Julia Felix* (Sinope) *anno tricesimo primo.* Caput nudum Octaviani Cæsaris.

EX. D D. *Ex decreto decurionum* Capita jugata CAII & LVCII (a). *Est numus modii moduli. Tab. I. N.* 1.

Rarissimum hunc numum, cum aliis quatuor ejusdem coloniæ, in priore mea ad VAILLANTIVM appendicula *pag.* 29. non nisi ex amici epistola protuleram. Deinde

(a) Etiam in priore appendiculæ hujus editione jugata capita Antonio, & Cleopatræ adtribuebantur, quæ Cl. Bellov suspicenda mox illustris ad *IV. Tentamina* observatione, Antonii & Octaviæ existimatæ veram prævenit. Froelichius jam anno 1758. mortuus tomum XXVI. de l'Academie des inscriptions, non nisi anno 1759. typis datum atque hunc finem lapsum emeritus. Si hos iterum lucem viderent ambo suffragatus, tam in *IV. Tentaminum*, quam hujus opusculi margine argumento commemoratos cæsares, & in adpendicula quidem verbis plurimis, quæ etiam hanc editionem inserui, adscripsit. Et eruditam Parisini Academici animadversionem, ita ille *L. cit. pag.* 460. Antonius facta cum Octaviano, pace duxit Octaviam priores Cæsaris sororem versus autumnum anni 714. ut Norisius comprobavit. *Cen. Pis. pag.* 137 *& de nummis Herod. pag.* 70. Nimis Sinopensis cum percussus sit post autumni solstitium incolæ sibi non tuerunt exhibere caput Cleopatræ, non enim Octavianum solum,

ex amici ejuſdem ſententia duo capita jugata *Antonio* & *Cleopatræ* tribueram, ſed re melius perpenſa *Cæſ.* & *Lucii* cæſaribus jugata hæc capita adſcribo, atque hoc in numo æram Sinopenſium ſignatam credo, quæ coepit anno V. C. 709, quam æram poſteriorem voco, etſi in numis antiquioribus uſurpatam, quia altera Sinopenſium æra coepit anno V. C. 684, ſed uſurpata in numis ſerius cuſa. Porro illi amici numi cum ad cimelium noſtrum commigraverint, eosdem hic, & *Tabula I & II* ſingulis iconibus repræſentandos duxi. Imo, quotquot Sinopenſes numos productos novi, iſthic una fere prævie adſcribere viſum eſt, atque eorum ope Sinopenſium æram alteram certo conſtabilire, alteram emendare. Duplici enim æra Sinopenſes in numis uſos fuiſſe, recte, paucis licet ex numis, collegit doctiſſimus VAILLANTIVS. Prioris æræ initium recte VAILLANTIVS ex uoico GORDIANI VII numiſmate referendum docuit ad anni V. C. 684. autumnum, cum Lucullus eo anno, Amiſo Ponti urbe capta, Sinopenſibus libertatem tum conceſſiſſe, recte credatur, teſte APPIANO in *Mithridaticis*.

Altera Sinopenſium æra ad VAILLANTII mentem cœpit in autumno anni V. C. 705., vel 706, nam in VAILLANTII opere de colonis editionis Pariſinæ 1695. hæc æra deducitur ab anno V. C. 705. in notis ad numum Hadriani. At enim in explicatione numi M. Aurelii, itemque Caracal-

le

ſed Antonium offendiſſent etiam, qui Octavium, cujus caput hic repræſentatur, non amabat ſolum, ſed conjugium Cleopatræ etiam lafciebatur.

in hæc æra inchoatur ab anno V. C. 706., quo Julius Cæſar Pharnacem in Ponto profligavit. Equidem Vir lite Eruditus, qui novam editionem libelli P. JOBERT S. J. *La ſcience des Medailles*, anno 1739. Pariſiis adornavit, recte monuit anno V. C Varroniano 707., & non 706. Cæſarem in Pontum veniſſe, id quod etiam præcipui chronologi conſtituere. Quare æra Sinopenſium cum P. HARDVINO ab autumno anni V. C 705. deduci non poteſt, nec ante autumnum anni 706 ejus initium ſtatuere licet; quando Sinopenſes non ante æſtatem anni 707. *coloniam Romanam ab Julio Cæſare*, STRABONE *teſte lib. XII.* recipere potuere.

Verum poſteriorem hanc Sinopenſium æram denique ab autumno anni V. C. 709. *Varroniani*, quo ſemper utar, inchoandam eſſe, e numis oſtendam; priorem vero epocham, de qua dubitari poterat, an non in annum 685. removenda eſſet, recte conſtitutam eſſe ad autumnum anni 684. e numis iidem comprobabo. En itaque Sinopenſium numiſmatum chronicam ſeriem, cui adjungam annos V. C. reſpondentes cuilibet anno coloniæ, ita ut in autumno anni V. C a me adſcripti, exeat annus æræ Sinopenſis in numo ſignatus. Æram poſteriorem ab autumno anni V. C. 709. deduco. Literæ C. I. F. S. legendæ ſunt: *Colonia Julia Felix Sinope* Quando adjungitur R. vel A. aut AV. legatur illud *Romana*, hoc vero *Auguſta*, & hoc *Aurelia*, quia ante Aurelios ſub Lucio AElio habetur AV.

Noſter. Tab. I. Num. 1.	C. I. F. ANN. XXXI. (*anno* 31. *æræ poſterioris*) Caput Octaviani nudum. EX. D. D. Capita jugata Cai & Lucii.	*Anno V. C.* 739
Noſter. Tab. I. Num. 2.	NERO. CLAVD. CAES. AVG. ANNI. CII. Caput Neronis laureatum. OCTAVIAE. AVG. C. I. F. S. Caput Octaviæ. (*anno* 102. *æræ poſterioris.*)	811
D. Pellerin Jolert non edit.	NERO CLAVD. CAES. AVG. ANN. CIV. Caput Neronis. OCTAVIAE. AVG. C. I. F. Caput Octaviæ. (*anno* 104 *æræ poſterioris*)	813
Vaillant.	IMP. CAES HADRIANVS. AVG. Caput laureatum. C. I. F. S. AN ... Caput Sarapidis cum modio.	- -
Hardouin	L. AELIVS. CAES. Caput nudum. C. I. AV. F. EIN. ANNO. CLXXXII. Capitellum columnæ Corinthiacæ, pone caput cum tergemina corona. (*anno æræ poſterioris* 182)	891
Vaillant.	M. AVR. VERO CAES. Caput M. Aurelii nudum. C. I. F. S. ANNO. CCIII. Terminus cum caduceo hinc, inde ramo ad baſim. (*anno æræ poſterioris* 204.)	913
Hayn.	FAVSTINA. AVG. Caput Fauſtinæ junioris. C. I. A. ſic CINOPE. ANN. CCVII. Mulier gradiens, ſ. ſpicas. (*anno æræ poſterioris* 207.)	916
Vaillant Muſ. reg. Acad.	IMP. CAES. M. AVR. ANTONINVS. Caput Caracallæ laur. C. I. AV. SINOP. ANN. CCLII. Jupiter Sinopenſis ſuper cippo recumbens d. aquilam, ſ. haſtam puram. (*anno* 252. *æræ poſterioris.*)	968

Anno V.C.		
	P. SEP. GETA. C. Caput Getæ nudum.	*Muſeum Theupoli.*
	C. I. F. SINOPES. Piſcis.	
	. . . . . IANVS. Caput Diadumeniani nudum.	*Muſeum Theupoli*
970	. . . . . NOP. AN. CCLXI. Mercurius ſtans, d. caduceum, ſ. crumenam (*anno 261 æræ poſterioris.*)	
	IMP. SEV. ALEXAND Caput Alexandri laureatum	*Noſter. Tab. I. N. 6.*
978	C. I. F. S. A. CCXCIII. Jupiter Sinopenſis ſuper cippo decumbens. (*anno æræ prioris* 294.)	
	IMP. MAXIMINVS. AVG Caput laureatum.	*Noſter. Tab. I. Num. 8*
989	C. R. I. F. S. AN. CCCV. Templum diſtylum, in quo Nemeſis. (*anno* 305. *æræ prioris*)	
	IMP. GORDIANVS. AVG. Caput Gordiani Pii laureatum.	*Vaillant.*
992	C. R. I. F. S. AN. CCCVIII. Caput Sarapidis cum modio (*anno* 308. *æræ prioris.*)	
	GORDIANVS. Caput illius laureatum	*Mem. de l'Acad. des inſcript. T. X. pag. 45.*
995	C. I. F. S. AN. CCCXL. Sarapis ſtans d. ramum, ſ. haſtam (b) (*anno æræ prioris* 311.)	
- -	TRANQVILLINA. AVG. Caput ejusdem.	*Noſter. Tab. II. Num. 3.*
	C. I. F. S. Templum diſtylum, in quo Nemeſis.	
	M. IVL. PHILIPPVS CAESAR. Caput Philippi filii nudum.	*Noſter. Tab. II. Num. 4.*
1003	C. I. F. S. AN. CCCXIX. Templum diſtylum, in quo Nemeſis. (*anno* 319. *æræ prioris*)	

(b) Numum hunc rubrica item inſertum deprehendi, in ornamentis gendæ ex numariæ occaſionem pervigil erat Frœlichius.

Ex hiſce numis illud primum conficitur, numos poſtremos numero quinque, annos alterius æræ conſignatos habere, quam, reliquos omnes, & quidem hos quinque numos æram priorem, reliquos poſteriorem exhibere, neque enim aliter annorum numeri in illorum Anguſtorum tempora inciderent, quorum nomina, vultusque ſunt conſignata. Porro autem initium æræ in laudatis quoque numis ſignatæ ita oſtendo.

Numus Philippi refert annum coloniæ 319. Finge æram cœpiſſe in autumno anni V. C. 685., adde 319. habebis annum V. C. 1004. cujus autumno finitus eſſet annus Sinopenſium 319., cœpiſſetque in autumno anni V. C. 1003. At Philippi ambo jam circa medium, vel finem potius anni V. C. 1002. periere (TILLEMONTIO vade) non igitur ſerius, quam in autumno anni V. C. 1002. inire potuit annus Sinopenſium 319. atque adeo æræ initium ſenus, quam in autumno anni V. C. 684. ſtatui nequit. Sed neque ante ejus æræ initium anno 683. collocare licet; nam primum de principum chronologorum PETAVII & USSERII conſenſu Lucullus anno demum V. C. 684. Amaſia capta urbes Ponti reliquas in fidem recepit, & in ordinem redegit, porro APPIANVS in Mithridaticis *poſt captam Amaſiam*, Sinopen ſe Lucullo dedidiſſe, liberamque ab eodem renunciatam eſſe, diſerte docet, non potuit ergo ante autumnum anni V. C. 684. cœpiſſe annus primus libertatis Sinopenſium, niſi prolepteo calculo uſi eſſent, quod vix admittendum videtur. Quare in autumno anni V. C. 684. cœpit æra libertatis, cujus annus

ni ſignati in numis, Alexandri Severi, Maximini, & Gordiani qua ratione ære iſti congruant, in appendicula noſtra priore *pag.* 90. & partim in VAILLANTII libro de coloniis oſtenſum eſt.

Altera æra, poſt conſtitutam per Julium Cæſarem Sinope Romanam coloniam, initium ſumpſit præciſe ab autumno anni V. C. 709. Nam finge æram inciſſe anno V. C. non jam 706, ſed vel 708. Igitur in Diadumeniani numo ſignatus Sinopenſium annus 261. ſi ei addatur, prodiret annus V. C. 969, cujus autumno jam finitus eſſet annus Sinopenſium 261. Sed enim Caracalla anno demum V. C. 970. in Aprili occiſus eſt, ac tum *primum* Macrinus auguſtus, & mox Diadumenianus cæſar appellati ſunt, TILLEMONTIO id recte commonſtrante, non igitur ante autumnum V. C. 709 æram Sinopenſis coloniæ inchoare fas eſt. Verum nec ultra annum 709. dictam æram ſubmovere licet propter M. Aurelii numum, cujus annus 204 (ſi æra cepiſſet in autumno V. C. 710.) initium duceret ab autumno anni V. C. 913. At eodem anno, TILLEMONTIO teſte, Martio menſe M. Aurelius auguſtus renunciatus cum ſit; tum ſane hoc in numo *cæſar* tantum non diceretur, atque nudo capite vix exhiberetur. Igitur anno V. C. 709. hujus æræ initium debetur.

Congruunt etiam reliquorum numorum anni cum conſignatis auguſtorum vultibus, ſi hæc altera æra ab anno V. C. 709. deducatur. Nam Auguſti numus cum capitibus

Can

Cai & Lucii refert annum 31., adde 709, vel 708. habes annum V. C 740., vel 739, ab adoptione Cai & Lucii cæſarum tertium vel alterum annum. Deinde Neronis duo numi cum Octavia dabunt ejus imperii annum 5. & 7., quo poſteriore nondum repudiavit Octaviam. Fauſtinæ annus 207 incidet in annum quartum M. Aurelii jam Auguſti. Caracallæ annus numo inſculptus 252. fiſtit annum Caracallæ, cum patre Septimio Severo imperantis, decimum, vel undecimum V. C 961. Denique L. AElii cæſaris numus nihil hiſtoricorum veterum fidei officit, uti P. Harduinus ſuſpicabatur. Siquidem addendo ad æram Sinopenſium 709. ſignatum numerum 182 habebitur annus V. C. 891., cujus autumno effluxit annus 182. Sinopenſium, atque adeo idem annus initium ſumpſit in autumno anni V. C. 890 L. AElius vero anno V. C. 891. ipſo Januario ineunte fatis conceſſit, TILLEMONTIO, quem ſemper iſthic ſecutus ſum, id egregie comprobante. Igitur L. AElii numo plane, uti & reliqui congruit Sinopenſium æra anno V. C. 709. conſtituta; quæ erant, quoad his in rebus licet, demonſtranda.

Ex his colligitur aut Julium Cæſarem non eo ipſo anno V. C. 707., quo in Pontum venerat, coloniam Sinopen deduxiſſe, ſed id uno alterove anno ſerius factum, aut Sinopenſes quidem certe æræ ſuæ initium biennio ſerius conſtituiſſe, ſi recte, uti videtur, lectus eſt Theupoliani muſei numus, Diadumeniano honoribus ſignatus. Quæ res exemplo non caret. Anno V. C. 691. Pompejus plumbus

Sy-

Syriæ, Cœleſyriæ, & Paleſtinæ urbibus libertatem dedit, quæ inde æram deduxere; neque tamen urbes illæ omnes eidem anno 691. initium æræ affixere; ſed Gabenos & Gazæos biennio ſerius æræ ſuæ initium dediſſe, e numis etiam VAILLANTIVS, NORISIVS, & nos quoque alibi oſtendimus.

Sub utro Imperatore, Elagabalo ao Alexandro, æram Lucullanam, ſeu portæ libertatis rurſum Sinopenſes uſurpaverint, plurium numorum defectu incertum eſt. (e)

II.

AVGVSTVS. DIVI. *filius.* Caput Auguſti nudum

C I G ACCI L. III *Colonia Julia Gemella Acci Legio Tertia.* Colonus boves agit, pone duo ſigna militaria. *Secundi moduli. Eſt Baronis* STEIN.

Acci Hiſpaniæ Baeticæ urbs, de qua PLINIVS *lib. III cap. III. ex colonia Accitana Gemellenſes.* Sub Julio Cæſare colonia ducta, Juliæ nomen obtinuit. Ex legione III. & VI. colonos eo miſſos eſſe numi Auguſti ac Tiberii apud VAILLANTIVM comprobant.

III.

TI. CAESAR DIVI. AVG. F. IMP. VIII. *Tiberius Cæſar Divi Auguſti Filius, Imperator octavum.* Caput nudum Tiberii.

COL. CAE. ANTI. infra S. R. *Colonia Cæſarea Antiochia Senatus Romanus.* Colonus boves agit, pone duo ſigna militaria. *Primæ formæ. Bar* STEIN.

Antiochia Piſidiæ Cæſarea ab Auguſto dicta videtur. Hic primus ejus numus eſt, quantum hactenus productum novi. VAILLANTIVS primum ſub Tito profert ſine titulo *Ce-*

(e) Cl. Belley ſub Imperio Alexandri Severi Lucullanam reſumtam ſtatuit.

ſarca, & ſine S. R. Quare dubito, utrum ille & ſimiles numi ad iſtam Antiochiam cum VAILLANTIO revocandi ſint. De literis S. R. diximus alias in *appendicula ad numos colon. a* VAILLANTIO *editos, ad numum Galliem. Iconis ſignatum pag.* 143.

IV.

SVL. GAL. CAESAR. AVG. *Sulpitius Galba Cæſar Auguſtus.* Caput Galbæ nudum.

COR. . . . . AGRIPPAE. IIVIR. *L. Caninii Agrippæ Duumviri Corinthi.* Victoria gradiens, d. lauream, ſ palmæ ramum. *Parvi moduli.*

Inſcriptio averſæ partis ſuppleta eſt ex VAILLANTIO, qui Corinthiacum Galbæ numum, cum eodem *Agrippæ* magiſtratu, ſed cum alio averſæ partis typo adfert: Idem Galbæ numos in coloniis cuſos eximiæ raritatis encomio ornat, quorum tres tantum adduxit, duosque iſtorum jam antea PATINVS vulgaverat.

V.

IMP. TRA. HADRIANVS. . . . . *Imperator Trajanus Hadrianus.* Caput Hadriani laureatum

C. P. F. AVG. CAESAR. *Colonia Prima Flavia Auguſta Cæſarea.* Apollo nudus ſtans, d arcum tenet, ſ tripodi innititur. *Parvi moduli.*

Ad Cæſaream Paleſtinæ hic numus pertinet, quæ olim Apollonia, ſubinde Turris Stratonis dicta eſt. Flavia dicitur, quia a Veſpaſiano colonia facta eſt. Metropolis ſub Alexandro conſtituta, & compellata fuit. Similem Apollinis figuram ſub Antonino Pio VAILLANTIVS exhibet, & raris eum numum adſcribit.

VI.

VI.

IVLIA. DOMNA. Caput ejusdem.

COL. IVL. CONC. APAM. AVG. D. D. *Colonia Julia Concordia Apamea Augusta Decreto Decurionum*, in Bithynia. Ceres gradiens utraque manu facem gestat. *Medii moduli.*

VII.

IVLIA. DOMNA. AVG. Caput ejusdem.

COR. Reliqua inscriptio detrita. Imperator Septimius Severus equo currenti insidens, d. hastam stringit. *Tab. I. N.* 3.

Videtur hic numus, quem fabrica prodit in colonia cusum esse, ad Corinthum pertinere, nam similis fere figurae & moduli numus Corinthiacus sub L. Vero profertur a VAILLANTIO, & rarus appellatur: & legitur in numo nostro COR. ut tamen, ut τὸ O. aliquantum dubium appareat.

VIII.

IVLIA AVGVSTA. Caput Juliae Domnae.

COL. FL. PAC. DEVLT. *Colonia Flavia Pacensis Deultum.* Diana gradiens cum cane. *Secundae formae Bar.* STEIN.

Nullum Deulti, Thraciae urbis, numisma sub Domna vidit VAILLANTIVS.

IX.

IVLIA. DOMNA. AVG. Caput ejusdem Juliae Domnae.

MVNIC*ipium.* STOBEN*se.* In Macedonia. Victoria stans scribit in clypeo. *Mediae formae.*

X.

IVLIA. AVGVSTA. Caput Juliæ Domnæ.

MVNICIpum. STOBENſe. Victoria gradiens, d. coronam, ſ. palmam, ad pedes rota. Similem olim vulgavimus, ſed absque rota. *Eſt parvi moduli Ær.* STRIN.

XI.

S. VA. . . . . VLIA. Caput Juliæ Domnæ ſolito ornatu.

COL. L. SEP . . . *Colonia Lucia Septimia*, vel *Lucii Septimii*, vel *Laodicea Septimia*. Currui a quatuor equis tracto inſiſtit figura una manu frena tenens: ex alto figura parva alata advolat, d. extenſa. *Tab. I N.* 4.

Mirum quid hic medii moduli numus offert. In adverſa vel S. VA, initio epigraphes, uti quidem videtur, num retrograde AVG. ſcriptum dicam, & legam AVGuſta? an vero duumviri nomen, aut alterius magiſtratus dici poſſit, qui Sextus Valerius appellaretur? verum in colonicarum numis poſt Galbam nomina duumvirum, vel magiſtratus alterius comparere non ſolent. In averſa parte epigraphe, ſupra poſita, optime, & ſuis punctulis diſtincta, legitur, ſed videtur aliquid deeſſe, nempe vel *Tyrus*, vel *Laodicea* in Cœle-Syria. Numus quidem certe Syriacam fabricam præ ſe fert, & hæ duæ coloniæ *Septimiæ & Severianæ* titulos in numis Septimii Severi, & Domnæ oſtentant. Sed vel L. inſolitum omnino eſt, niſi legere libeat: *colonia Laodicea Septimia*, quanquam æque inſolitum ſit, vel *Septimia* vel *Laodicea* poſtponi. Expectandum puto, dum numus integer proferatur.

feratur; tametſi ad L. *Laodicea* legendum eſſe alio in numo oſtenderim in appendicula ad numum Juliæ Domnæ *pag.* 100, ubi & Laodiceam a Severo jure Italico donatam ex Ulpiano adnotavi.

XII

L. SEPT. GETA. CAES. *Lucius Septimus Geta Cæſar.* Caput ejus nudum.

COL. IVL. CONC AVG. APAM D D *Colonia Julia, Concordia Auguſta Apamea, Decreto Decurionum* Bacchus in veſte talari ſtans, d. urceum, ut videtur, s. thyrſum gerit. ad pedes tigris. *Medii moduli Tab. I N* 5.

Ad Apameam Bithyniæ hic numus ſpectat, cujus urbis nullum ſub Geta VAILLANTIVS edidit.

XIII.

M. OPEL. ANTONIVS. *ſic* DIADV. C. *Marcus Opelius Antonius Diadumenianus Cæſar.* Cap Diadumeniani nudum.

COL. FL. PAC. DEVLT. *Colonia Flavia Paciſis Deultum.* Jupiter ſedens, d. pateram, ſ. haſtam, ad pedes aquila. *Eſt ſecundæ magnitudinis perelegans. Baron.* STRIN.

XIV.

. . . M O. ANTΩNEINOC. *Opelius Antoninus.* Caput nudum Diadumeniani.

KOA. EΔECCA. *Colonia Edeſſa.* Caput muliebre velatum turritum. *Parvi moduli.*

XV.

IM. C. M. AV. ANTONINVS *Imperator Cæſar Marcus Aurelius Antoninus.* Caput Elagabali laureatum.

C. MET. AV. PIA. SID. *Colonia Metropolis Aure-*

Ita Pus Sidon. Altare deæ Sidonis seu Astartes vehiculo duarum rotarum impositum.

Similem typum sub Elagabalo in hac urbe refert VAILLANTIVS, sed numus ejusdem est modu moduli, noster parvi, & est in hoc diversa ab illa epigraphe.

XVI.

IMP. C. M. AVR. SEV. ALEXAND. AVG. *Imperator Cæsar Marcus Aurelius Severus Alexander Augustus.* Caput ejus laureatum.

COL. FL. PAC. DEVLT. *Colonia Flavia Pacensis Deultum.* In Thracia. Ceres stans, d. spicas, s. facem. *Modu moduli*

XVII.

IMP. SEV. AL . . . . . *Imperator Severus Alexander.* Caput Alexandri laureatum.

C. I. F. S, A. CCXCIIII. *Colonia Julia Felix Sinope. Anno ducentesimo nonagesimo quarto.* Jupiter Sinopensis in lecto decumbens, ad cujus sinistram hasta. *Tab. I. N. 6.*

Annus Sinopensium 294 juxta epocham ipsorum anteriorem incidit in annum Alexandri quartum, ut in appendicula dixi *pag.* 90. Similem Jovis typum in Caracalle Sinopensi numo exponit VAILLANTIVS *Numus noster modulo est inter primum & secundum modu.*

XVIII.

IVLIA. MAMAEA Caput Mamææ, matris Alexandri.

COL. FL. PAC. DEVLT. *Colonia Flavia Pacensis Deultum.* Ceres stans, d. spicas, s. facem. *Modu moduli.*

XIX.

XIX.

IMP. MAXIMINVS. PIVS. AVG. Caput Maximini laureatum

COL. FL. PAC DEVLT. Figura veſte talari ſtans ad aram, d. pateram, ſ. cornu copiæ. *Medii moduli. Tab. I. N 7.*

Numi omnes Coloniarum ſub Maximino rariſſimi ſunt.

XX.

IMP. MAXIMINVS AVG. Caput ejusdem.

C.R I. ⅂S.A И.ƆƆƆV. (ſic) Templum diſtylum, in quo Nemeſis ſtans, d. flagellum vel baculum tenet, ſiniſtram ori admovet: ad pedes rota. *Modulo inter ſecundum & tertium medii. Tab. I. N 8.*

Literæ ita legendæ: *Colonia Romana Julia Felix, Sinope, anno tercenteſimo quinto*; qui eſt V. C. 989 Maximini Imp ſecundus, computatis annis ab epocha priore Sinopenſium V. C. 684. Numus eſt eximiæ raritatis.

XXI.

C. IVL. VER. MAXIMVS. CAES. *Caius Julius Verus Maximus Cæſar.* Caput ejusdem nudum.

COL. IVL. AVG. PELLA *Colonia Julia Auguſta Pella.* Mulier ſedens, d. pateram tenet, ſ. ſellæ innititur. *Tab. I. N. 9*

Omnes Maximi Cæſaris numi in coloniis rariſſimi ſunt: noſter medii moduli eſt. Pella hæc nota Macedoniæ urbs, erat Alexandri magni patria. Sub Auguſto coloniæ titulum Pellam obtinuiſſe, Juliæ & Auguſtæ cognomina arguunt.

IMP.

XXII.

IMP. CAES. M. ANT. GORDIANVS. AVG. Caput Gordiani Pii laureatum.

CAES*area*. ANTIOCH*ia*. COL*onia*. *Senatus Romanus*. Duæ Victoriæ ſtantes utraque manu ſcutum arbori palmæ affigunt: duo captivi humi conſident. *Fere maximi moduli. perelegans. Tab. I. N.* 10.

Victoriæ de Sapore Perſarum rege in Syria relatæ memoria hic eſt conſervata, de qua IVLIVS CAPITOLINVS *in Gordiano.*

XXIII.

IMP. CAES. M. ANT. GORDIANVS AVG. *Imperator Cæſar Marcus Antonius Gordianus Auguſtus.* Caput Gordiani Pii laureatum.

CAES. ANTIOCH. COL. S. R. *Cæſarea Antiochia Colonia Senatus Romanus.* Imperator togatus ſtans ad aram, d. pateram, ſ. globum tenet: ante eum tria ſigna militaria, *Tab. II. N.* 1.

Numus elegantiſſimus bene magni moduli ad Antiochiam Piſidiæ pertinet. Exhibetur hic Gordianus, geſto feliciter in Meſopotamia bello Perſico, vota diis perſolvens, aut ea pro felici belli ſucceſſu ſuſcipiens.

XXIV.

IMP. CAESAR. M. ANT. GORDIANVS. . . . . Caput laureatum Gordiani Pii.

COL. IVL. AVG. FEL*ix* BER*ytus*. Templum tetraſtylon, in quo protome mulieris turritæ: utrinque aquila legionaria; ante gradus templi triremis. *Tab. II. N.* 2.

Si-

Similem numum vulgavit quidem VAILLANTIVS, ſed pro gradibus leo loco tremis illic expreſſus habetur. In noſtro tremis figura certa eſt. *Primi vel ſecundi moduli.*

XXV.

. . . GOR*diamus.* PIVS. FEL. AV. Caput ejuſdem laureatum.

COL. FL. P*ac.* de VLT. Jupiter ſedens d. pateram, ſ. haſtam, ad pedes aquila. *Secundae magnitudinis. Bar.* STEIN.

XXVI.

IMP. GORDIANVS. PIVS. FE. AV. Caput ejus laureatum.

COL. FL. DEVLT. Bacchus ſtans, d. cantharum, ſ. thyrſum; ad pedes tigris *Secundae vel tertiae formae Bar.* STEIN.

XXVII

TRANQVILLINA. AVG Caput Tranquillinae uxoris Gordiani Pii.

C. I. F. S *Colonia Julia Felix Sinope* Templum diſtylum, in quo ſtat Nemeſis, d. flagellum, ſiniſtram ori admovet. *Tab. II. N.* 3.

Numos Tranquillinae in rariſſimis ponit VAILLANTIVS: Sinopenſem nullum profert, noſter formae eſt inter ſecundam ac tertiam mediae.

XXVIII.

M IVL. PHILIPPVS CAES *Marcus Julius Philippus Caſar.* Caput Philippi junioris nudum.

C. I. F. S. AN. CCCXIX. *Colonia Julia Felix Sinope:*

Aureo tercentesimo nono. Templum distylum, in quo stat Nemesis, d tenens globum, l. flagellum, ad pedes rota. *Moduli inter primum & secundum medii. Tab. II. N. 4.*

Si ad Sinopensium eram antiquiorem (nam aera posterior huc nullo modo facere potest) annos in hoc numo nostro signatos supputem, si nempe anno V. C 684. addam 319. conficietur annus V. C. 1003. cujus autumno exiit annus Sinopensium notatus 319 idemque cepit anno V. C. 1004. in autumno. Quo anno Philippus pater occisus est (uti supernus dixeram) ante finem Octobris, ejusque morte Romam nunciata, Philippus filius a pretorianis illico obtruncatus est. Sexto porro imperii anno Philippum patrem necatum esse, & filium fatrem quarto imperii paterni anno *Augustum* a patre renunciatum esse, inter omnes convenit, numis Romanis consentientibus Igitur anno V. C. 1000. Sinopensium 317. jam Philippus junior Augustus fuit. Quo pacto igitur in hoc numo cum anno 319. *Cesar* tantum, & nudo capite exhibetur? Existimo itaque, typarium capitis vetus, quo, Philippo juniore adhuc cesare, numi signati fuerant, nunc ad novum averse partis typarium pur errorem adhibuisse monetarium.

XXIX.

IMP P. LICI. VALERIANVS. AVG. Caput Licinii Valeriani laureatum.

PROVINCIA. DACIA. AN. VI. Mulier stans inter aquilam & leonem, duo tenet vexilla, quibus inscripti numeri legionum V. & XIII.

Est

Eſt nobis alter ſimilis quoad omnia Valeriani numus, medii item, ut iſte, moduli, hac ſola diverſitate, quod PROVIN. ſcriptum ſit, vocabulo non integre expreſſo

De legionibus, & earum ſignis egi in Appendicula ad numum Gallieni Daciæ anno X. inſcriptum. Annus Daciæ VI. reſpondet primo anno Valeriani, unaque ultimo Galli & Voluſiani, quorum numi annum VI. Daciæ indem exhibent, qui eſt annus V C, Varronianus 1006. Ea res magni eſt in chronologia momenti.

XXX.

DIVAE MARINIANAE Caput velatum Marinianæ, uxoris Valeriani ſenioris.

R. M. S. COL. VIM. AN XV. *Provinciæ Meſiæ ſuperioris Colonia Viminacium Anno* 15 Mulier ſtans extenſis brachiis inter taurum & leonem. *Moduli ad magnum proxime accedentis. Tab. II N.* 5.

Eſt hic numus citra omne dubium antiquus, integer, elegans quoque, ut pro numo Viminacienſi, & quantuvis pretii. Nullus hactenus, quod ſciam, ullo in libro Marinianæ numus, in colonia aliqua cuſus, productus eſt. ſimilem tamen hic Viennæ poſidet Perillustris Dominus DE PENISCH.

Juvat etiam numus hic noſter hiſtoriam auguſtam, & confirmat antiquiorum opinionem, ſola hactenus ſimilis numorum fabricæ conjectura nixam, qua ducti, Marinianam Valeriano ſenori uxorem aſſignabant. Cum enim in numo noſtro notatus ſit annus Viminacienſis coloniæ 15. qui fuit V. C. 1008. atque idem ſit Valeriani ſenioris ſecun-

dus imperii annus, fatis evidenter illud consequitur: Mammianam hoc aut superiore anno defunctam esse, cum hic Diva appelletur. Igitur Mammiana a Valeriano inter divas relata est, alioqui enim sub Valeriani imperio eidem muliori numos non inscripsissent Vimunacienses. Constat porro Gallienum, qui hoc anno jam cum Valeriano patre augustus erat, uxorem habuisse suo notam nomine; Corneliam Saloninam, Valerianum vero mortua Gallieni matre alteram uxorem duxisse, de cujus aque, ac de prima Valeriani conjugis nomine silent historici. Fuit autem Valerianus hoc anno jam sexagenario, & si POLLIONI credimus, septuagenario major. Erat igitur haec Valeriani secunda uxor, quae recenter mortua inter divas relata est, eaque numo nostro auctore Mammiana. Neque id mihi quis objeciat posse esse vel sororis Valeriani, vel matris nomen, aut filiae. Matrem vix est credibile tum etiam vixisse, cum ea aetate esset Valerianus: de sorore ac filia minis longe petita res videtur, cum nihil de his fere in historicis reperiatur, & non exierit ejusmodi exempla in numis post Trajanum, nisi augustorum filiae etiam augustorum uxores fuissent.

Equidem TREBELLIVS POLLIO *in Celso Tyranno* Gallienae cujusdam mentionem facit, quae Gallieni augusti consobrina appellatur: unde consequens est, Valerianum habuisse filium, quae hujus Gallienae mater fuisset. Sed quoniam filium a patre consecratum, & signato numo divae titulo honoratum fuisse non memini, id hic nihil prorsus Mammianae Valeriani uxori declarandae officere arbitror. Juliae Titi fi-

lae

hæc numos quidem habemus cum conſecrationis typo, ſed eos a morte Titi Domitianus ſignandos curavit, qui fratris filiam plus æquo, & palam amavit. SVETONIVS *in Domitiano cap. II.*

XXXI.

IMP. GALlieNVS. P. F. AVG. Caput cum corona radiata.

CL. ANTIochia R. S. *Colonia Antiochia Romanus Senatus.* Lupa lactans duos parvulos. *Primi moduli.*

Hic Numus rurſum comprobat quod alibi (*Append. pag.* 145 & 148. monuimus) vò CL. non legendum eſſe *Claudia*, ſed *Colonia*. Eſt hic numus admodum rudi fabrica, cum tamen Gordiani Pii numi in hac colonia ſatis elegantes, & majori modulo compareant. Collabaſcentis imperii hæc quoque ſunt indicia.

XXXII.

IMP. CAERAS LCDVNAVS AV. Legendum eſt IMP. CAESAR. CLAVDIVS. Caput Claudii Gothici cum corona radiata.

CL. ANTIOCHI. S. R. *Colonia Antiochia Senatus Romanus.* Vexillum cum aquila inter duo ſigna militaria. *Parvi moduli. Tab. II. N. 6.*

Similem Claudii numum perrarum & nos in Appendicula dedimus, & fere ſimilem Haymus ante nos; ſed in utroque horum inſcriptio capitis non eſt ita vitioſa, uti in præſente numo; porro duo illi multo majoris moduli ſunt, atque hic noſter.

APPENDICVLA
NOVA ALTERA
AD NVMOS AVGVSTORVM AB VRBIBVS GRAECE LOQVENTIBVS PERCVSSOS
QVOS
CL. VAILLANTIVS
EDIDIT.

I.

. . . ΛΑΟΔΙΚΕ. *Laodicenſium.* Caput Auguſti laureatum.
T. BE . . . . . Caput Tiberii nudum. *Tab. II. N. 7.*

Exiſtimo hunc numum, *qui parvi moduli eſt*, ad Laodiceam Ciliæ, vel Phrygiæ pertinere.

II.

Inſcriptio nullius. Caput Liviæ, ſeu Juliæ uxoris Auguſti.
L. M. *Τριακοντατρις Ιερατευκυια Anno quadrageſimo.* Pallas galeata ſtans, d. victoriolam, ſ. clypeum.

Hunc, *& ſequentes duos modo moduli numos* ed Liviam pertinere, & vultus & annus imperii quadrageſimus, &c. comprobant, qui anni imperatorum nemini, præterquam Auguſto convenire, atque adeo neque ei etiam auguſtæ applicari poſſunt. VAILLANTII morem ſequimur, qui etiam Ægyptios numos, nomine urbis carentes, profert, ubi de rariſſimis agitur, quale eſt Liviæ, ſeu Juliæ Auguſti, & caput Druſi junioris, de quo deinde.

III.

Eadem pars capitis, quæ in priori numo.
L. MB. *Anno quadrageſimo ſecundo*: Intra coronam querceam.

Ea-

IV.

Eadem pars capitis

L. MB *Anno quadrageſimo ſecundo.* Pallas utrinum. Il. quæ ΝΙΚΗΦΟΡΟΣ *Victoriam ferens*, dici ſolet. *Tab. II N* 8

V

Caput nudum adoleſcentuli, ſine inſcriptione.

L. AΘ. *Anno triceſimo nono.* Intra coronam quercean *Parvi moduli*, & elegans, & integer *Tab. II N* 9.

Caput hoc eſſe Druſi, Tiberii cæſaris filii, ita conſtitio Annus triceſimus nonus imperii ad Auguſtum pertinet, cui etiam quercea corona præter ceteras in pretio fuerat Porro autem hoc Imperii auguſtei anno, qui fuit V. C. 761. alius adoleſcentulus non erat, cujus vultu numus ſignatus fuiſſe rectius crederetur, quam Druſus Tiberii filius Cajus enim & Lucius jam fato functi erant. Agrippa junior gratia Auguſti perdita tum exulabat Germanicus fere, Tiberius plene virilem jam ætatem attigerant, quippe qui exercitibus præpoſiti hoc ipſo anno bellum Dalmaticum compoſuiſſent, *teſte* DIONE *Lib. IV*

Neque autem Germanici filiorum aliquem hic pro Druſo Tiberii referri credibile eſt, cum Tiberius in ſpem imperii ab Auguſto ipſo adoptatus, & jam tribunicia poteſtate conſpicuus eſſet: Germanicus vero non niſi ab ipſo Tiberio, juſſu Auguſti adoptari debuerit, ut refert VELLEIVS PATERC. *lib. II. c.* 103. Præterea Germanici filii Nero & Druſus infantes tum adhuc, & nullius fere in republica ſpei aut nominis habebantur, quando Druſus, Tiberii filius annum, qui imperii Auguſti erat undequadrageſimus, agebat

mi-

ætatis ſuæ ad annus decimum ſeptimum. Nam anno V. C. 744. ut recte TILLEMONTIVS ſupputat, jam repudiarat Tiberius, Auguſto volente, Vipſaniam Agrippinam, Druſi matrem, Juliamque, Auguſti filiam, uxorem duxerat. Tali autem ætati egregie reſpondet vultus elegantei in numulo noſtro expreſſus.

Cum epocha ſimili numulum, ſed cum capite muliebri, nempe Liviæ, exhibet BEGERVS *in Theſauro Brandeburg.* & doctiſſimus MAFFEIVS *in Verona Illuſtrata.*

VI.

Γ. ΚΑΙ CΕΒΑCΤΟC ΓΕΡΜΑΝΙΚΟC. Γάϊος Καῖσαρ Σεβαστὸς Γερμανικός. *Cajus Cæſar Auguſtus Germanicus.* Caput laureatum Caji, Caligulæ dicti.

ΑΙΖΑΝΙΤΩΝ ΕΠΙ ΜΑΞΙΜΟΥ. *Æzanitarum ſub Maximo.* Caput muliebre. *Parvi moduli.*

Æzanus Phrygiæ urbs, & regio Æzanis. Simile caput muliebre in alio Caji nomo VAILLANTIVS putat eſſe Agrippinæ, matris Caji, ſed incertum eſt, ſitne mater, an ſororum aliqua, an urbis genius, aut alia dea. Notatu dignum eſt τὸ C loco Σ multo ante Dominum tempora. Non eſt, quod porro dubitet CELLARIVS *in Geographia Antiqua*, utrum Æzanis, vel Azani ſcribendum ſit; quando nummi conſtanter Αἰζανιτῶν non Ἀζανιτῶν exhibent. Videri etiam poteſt HARDVINVS *de Numis Populorum, & Urbium* ad hoc vocabulum

ΚΑΑΤ-

VII

ΚΛΑΤΔΙΟΝ. ΚΑΙΣΑΡΑ. ΑΙΖΑΝΙΤΑΙ *Claudium Cæſarem Aizanitæ* honorant. Caput Claudii laureatum.

ΕΠΙ. ΚΛΑΤΔΙΟΥ ΙΕΡΑΚΟΣ, *Sub Claudio Hierace.* Jupiter, Φιλαλήθης dictus, ſtans d. aquilam. *Parvi modulo Tab. II Num* 10.

Similem typum profert VAILLANTIVS, & magiſtratum Hieracem, ſed ſine *Claudii* nomine, Idem τὸ Αἰζανιτῶν in averſa parte collocat, cum apud nos in adverſa parte, & in recto caſu compareat: Αἰζανιται. Diverſus itaque eſt numus noſter.

VIII

Caput Tiberii Claudii laureatum. Inſcriptio aut nulla, aut extrita

ΚΑΝωθαίων . . ΒΙΡ. (Κανωθαίων . βιρ) *Canotheorum Anno centeſimo duodecimo.* Caput muliebre turritum *Tab. III. N.* 1.

Etſi nomen Canothæorum integrum non ſit, nec niſi veſtigia τῶν N poſt ΚΑ appareant, & Claudii quoque nomen abſit, tamen ad Canothæos hunc numum pertinere, & Claudio tribuendum eſſe, epocha, & figura præter faciem Claudii perſuadent. Nullius enim alterius urbis, quarum numos habemus, epocha annos ſubminiſtrat, qui cum Claudii vultu cohæreant, quarum urbium nomen a ΚΑ inciperet. Canothæorum vero epocha cum VAILLANTIO computante deducatur ab anno V.C. 690., quo & ſequente, multis Syriæ urbibus libertatem dedit Pompejus, ſi ad

690. vel 691. addantur 112. exibit annus V. C 802. vel 803. Claudii octavus, vel nonus.

Unicum VAILLANTIVS, & HARDVINVS Canotheorum numum profert, eumque ſub Domitiano, atque averſæ partis figura, qua eſt noſter, inſignem, *parvi item moduli.*

Canotha Decapolitanæ Syriæ urbs erat, eaque nummis, numis, & FLAVIO IOSEPHO *lib. I de bello Jud.* teſtibus. cujus rei caput turritum indicium eſſe ſolet in numis. Canotha epiſcopum habuit ſub metropoli Boſtra in Arabia Petræa, a nonnullis Canatha, ſed mendoſe ſcribitur.

IX.

TI. KΛAT. KAIΣAP. *Tiberius Claudius Cæſar.* Caput laureatum Claudii.

KTΔONιτῶν. *Cydoniatarum* (in Creta.) Jupiter ſedens, d. pateram. *Primæ magnitudinis*

In utraque numi facie literæ inſcriptionis ordine retrogrado, more orientalium, collocatæ ſunt.

X.

OTAΛ. MEΣΣAΛINA. ΣEBAΣTH. *Valeria Meſſalina Auguſta.* Caput Meſſalinæ, quintæ uxoris Tiberii Claudii.

BPETANNIKOΣ. KAIΣAP. *Britannicus Cæſar.* Caput nudum Britannici, Tib. Claudii e Meſſalina filii. *Tab. III N* 2.

Eſt hic *parvi moduli* numus perelegans, & exactæ radiatus. Alium quoque Meſſalinæ numulum tenemus, in cujus altera parte Claudii caput ſignatum eſt, ſed editum a PATINO *in Numiſmat. Imper. pag.* 38. & ſimiles VAILLANTIVS profert.

Bri-

Britannici caput in Græco numo adfert doctiſſimus *Maffeus in Verona illuſtrata*, at ejus altera pars caput Neronis exhibet.

XI.

ΑΓΡΙΠΠΕΙΝΑ. ΣΕΒΑΣΤΗ *Agrippina Auguſta.* Caput Agrippinæ, ſextæ uxoris Tib. Claudii.

Equus liber gradiens, ſupra quem in area luna bicornis, & aſtrum: nulla inſcriptio. *Eſt nimmi moduli. Tab III. N.* 3.

XII.

ΝΕΡ. ΚΛΑ. CΕΒΑCΤ. *Nero Claudius Auguſtus.* Caput Neronis laureatum.

ΝΕΙΚΟΠΟΛ . . . . *Nicopoleos.* Victoria ſtans, d. ſertum. *Tertii moduli.*

Ad Nicopolim Epiri numum referendum puto. VAILLANTIVS nullum protulit intra Auguſtum, & Hadrianum.

XIII.

ΜΑΡΚ. ΟΘΩΝΟΣ ΣΕΒ. Μάρκῳ ὄθωνος Σεβαστῷ *Marci Othonis Auguſti.* Caput ejusdem nudum.

L. A. *Anno primo.* Aquila.

Eſt hic numus idcirco pretioſior, quod moduli ſit tanti, ut inter Ægyptios Othonis numos *primæ formæ* accenſeri poſſit. Nullum cum aquilæ typo refert VAILLANTIVS, in opere de numis Græciæ, etſi in aliis imperatorum Ægyptiis nimis ea figura obvia ſit. Cui in Ægypto potiſſimum, & Antiochiæ in Syria ſignati habeantur Othonis numi, colligimus e TACITO *Lib. I. Hiſt. Ægyptus, omneſque verſæ in Orientem provinciæ nomine Othonis tenebantur.*

XIV.

. . . ΔOMITIANVS. *Domitianus.* Caput ejus laureatum.
ΕΦΕCIΩN. *Epheſiorum.* Cervus ſtans. *Tertiæ magnitudinis perelegans. Bar.* STEIN.

XV.

ΑΤΤΟΚΡ. ΔOMIT. . . . Caput laureatum Domitiani
IOTAIEΩN TΩN ΚΑΙ. ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ *Julienſium, qui & Laodicem.* Mulier ſtans, d. elata . . . . ſ. cornu copiæ, ad pedes gubernaculum. *Parvi moduli.*

XVI.

ΠΑΩΤΙΝΑ. CEBACTH *Plotina Auguſta.* Caput ejusdem, Trajani uxoris.
ΕΠΙ ΟΥΑΡΟΥ ΑΡΧ Β. ΚΟΤΙΑΕΩΝ. Ἐπὶ οὐάρου ἀρχιερέως τὸ β΄ Κοτιαέων *Sub Varo ſumno ſacerdote Cotiaenſium.* Figura muliebris ſedens. *Medii moduli.*

In numis Cotiaenſium, in Phrygia, τὸ ΑΡΧ. lego Ἀρχιερέως & non Ἄρχοντος quia nummum alias in appendicula ad Cl. VAILLANTIVM *pag.* 340. protuleram, ſub Philippo patre, ita inſcriptum ΕΠΙ. ΠΟΥ. ΠΟΝΤΙΚΟΥ. ΑΡΧΙΕΡΕΩΣ. ΚΟΤΙΑΕΩΝ.

Nullum hujus urbis numum VAILLANTIVS exhibet Plotinæ inſcriptum, cujus auguſtæ omnia numiſmata rariſſimis accenſentur.

XVII.

. . . ΤΡΑ. ΑΔΡΙΑΝ . . . *Trajanus Hadrianus* . . . Caput Hadriani nudum.
ΒΕΡΟΙΑΙΩΝ. *Beroeorum.* Ramus lauri. *Tertii moduli* Be-

Berœæa Syriæ urbs, cujus numi alias coronam e lauro exhibent apud VAILLANTIVM ſub Trajano, Ælio Cæſare, & Antonino Pio.

XVIII.

AT KAI TPA. AΔPIANOC. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Τραϊανὸς Ἁδριανός. *Imperator Cæſar Trajanus Hadrianus.* Caput laureatum.

ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. *Laodicenſium.* Jupiter ſtans, d. Victoriolam gerit, ſ. baculum, ad pedes aquila, expanſis alis baſi inſiſtens

Ad Laodiceam Cariæ, ſive Phrygiæ hic *mediæ formæ* numus pertinet, qui *Jovem Victorem* Νικηφόρον exhibet.

XIX.

. . . . ANTΩNEINOC K. *Antoninus Cæſar.* Caput M. Aurelii laureatum imberbe.

ΑCΩΠΕΙΤΩΝ. *Aſopitarum* Neptunus ſeminudus ſtans, vultu adverſo, barbato, d. tridentem. *Tertiæ formæ Tab III N* 4.

Aſopitarum numum nullum vidit VAILLANTIVS HARDVINVS unicum protulit, ſed diverſum a noſtro, & ſenſus curſum. Aſopus urbs in Peloponneſi provincia Laconica, de qua STRABO *Lib VIII* Ἄσωπος πόλις ἐν τῇ Λακωνικῇ Idem Aſopiam regionem cum Aſopo fluvio in Sicyonica Peloponneſi provincia memorat; tum porro PAVSANIAS hanc Aſopiam a Sicyone Marathonis filio nomen accepiſſe docet. *Lib II C* 1 Fluvios quatuor recenſet Strabo Aſopi nomine notos Urbem unicam illam in Laconica ſitam, nominat, ad quam hic numus refertur. Eapropter urbs mari adſita Neptunum colui.

XX.

ΚΑΙCΑΡ. ΑΤΤΗΛΙΟC. *Cæſar Aurelius.* Caput nudum M. Aurelii.

ΑΤΤΑΛΕΩΝ. *Attalenſium.* Bacchus, ſiniſtra thyrſum humero impoſitum gerens, cum alia figura, quam dextra videtur amplecti, inſiſtit curru, quem trahunt tigres, & caper, præcedente pedite, capite cornuto, quod geſtat baculum: in poſtrema currus parte ſtat alia parva figura, duas tibias inflans. *Majoris ſolito modi* elegans. *Tab. III. N.* 5.

Attalia alia Æolidis urbs PLINIO *Lib. V. C.* 30. alia in Pamphylia STRABONI *Lib. XIV.* condita ab Attalo Pergamenorum rege; STEPHANVS Attaliam, quæ forte eadem eſt cum Attalia in Æolida vicina, Lydiæ tribuit. Numus ob figuram ad Lydiam potius, quam ad Pamphyliam pertinet. De Bacchi proceſſu, & comitatu, qui plura vult, videre poteſt, quæ diximus ad numum Antonini Pii Trallibus ſignatum, in Appendicula *pag.* 193.; & eſt hæc res aliquam fatis divexata.

XXI.

. . . . ΟΥΗΡΟC . . . . *Verus* &c. Capita adverſa M. Aurelii, & L. Veri laureata.

ΓΑΖΑ. *Gaza.* Paleſtinæ urbs. Jupiter nudus ſtans, d. pateram ſupra aram elevat, ſ. fulmen tenet, ad pedes velut baculus, vel arundo erecta. in area ſolitum monogramma Gazenſium.

Jupiter a Gazenſibus celebratur, Marnas dictus: quam vocem STEPHANVS Jovem Κρητογενῆ. *In Creta genitum* inter-

terpretatur, BOCHARTVS. *Denarium humanum* a Chaldaico מר אנש *Numus eſt parvus modulo.*

XXII.

AT MAP. AT. . . . . *Imperator Marcus Aurelius* . . . Caput M. Aurelii laureatum.

OTAΠIAC. ΠATTAAIAC. *Ulpiæ Pautaliæ.* (in Thracia ad Strymonem fluvium ſitæ) Ceres ſtans, d. ſpicas, ſ. facem. *Secundi modoli H.* STEIN.

XXIII

ATT. KAI. M. ATP. ANTΩNINOC *Αυτοκράτωρ. Καῖσαρ Μάρκος Αυρήλιος Αντωνῖνος Imperator Cæſar Marcus Aurelius Antoninus* Caput nudum M. Aurelii.

ΠPOTCIEΩN ΠPOC. TΠΙΩ. *Pruſienſium ad Hypium* montem in Bithynia. Caput muliebre velatum, & turritum. *Eſt numus magni modoli.*

XXIV.

ΦAVCTEINA. CEBACTH. *Fauſtina Auguſta.* Caput Fauſtinæ junioris

AΓXIAAEΩN. *Anchialenſium.* In Thracia. Apollo ſedens, citharam genibus impoſitam tenet. *Modi modoli numus.*

XXV.

Eadem inſcriptio, & caput, ut videtur, nam ex hac parte attritus eſt numus.

OTAΠIAC. ΠATTAAIAC. *Ulpiæ Pautaliæ,* In Thracia. Mulier galeata ſedens d. victoriolam, ſ. haſtam ad pedes clypeus. *Parvi modoli eſt.*

XXVI.

XXVI.

ΦΑΥϹΤΕΙΝΑ. ϹΕΒΑϹΤΗ. *Fauſtina Auguſta.* Caput ejuſdem

ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. *Philippopolitarum* in Thracia. Figura nuda ſtans, d. pateram, ſ. arcum. Apollinis ſimulacrum videtur. *Numus medii moduli.*

XXVII.

ΟΥΗΡΟϹ. ΚΑΙϹΑΡ. *Verus Cæſar.* Caput juvenile nudum.

ΑΜΑϹΤΡΙΑΝΩΝ *Amaſtrianorum*, in Paphlagonia. Tripus, cui involutus ſerpens. *Parvi moduli*, perelegans. *Trib. III. N.* 6

In hoc exquiſitæ raritatis numo caput Annii Veri, M. Aurelii filii exhiberi plane mihi perſuadeo. Equidem ſi hiſtoricos audimus, quatuor, Veri nomine inſignes, his temporibus cæſares inveniemus, ad quorum aliquem hic numus pertinere videri poſſet. Primum ipſe M. Aurelius, ſubinde Auguſtus, antequam ab Antonino Pio adoptaretur, Annius Verus dictus eſt ab avo paterno Annio Vero. At enim ubi primum *Cæſar* declaratus, atque in Aureliam Antoninorum familiam aſſumptus eſt, M. Ælius Aurelius Verus dictus, & nunquam ex eo tempore ſine *Aurelii* nomine *Cæſar* in numis comparet. Deinde *Veri* cognomine appellabatur etiam Lucius Verus Commodus, Ælii Veri cæſaris filius, & M. Aurelii in imperio collega atque is Veri nomen conſtanter in numis, Lucii prænomine fere ſemper præfixo, obtinet. At enim ad hunc quoque numus noſter pertinere non poteſt, cum Lucius Verus

ab

ab Aurelio ſimul cæſar & auguſtus renunciatus ſit, neque idem in ullo ſecuræ auctoritatis numo aliter quam *Auguſtus*, aut certe barba decoratus exhibeatur, ſi quidem numus certe Lucii Veri ſit.

Neque obeſt L. Verum una cum M. Aurelio adoptatum fuiſſe, cum certum ſit, non omnes ab imperatore aliquo in filios adoptatos, idcirco (exemplo Juliam familiam) continuo cæſares renunciatos fuiſſe. Cujus rei manifeſtum in Septimio Severo exemplum extat, quippe qui legitimos filios ſuos Antoninum, & Getam, SPARTIANO teſte, ingenti cum ſolennitate demceps cæſaris titulo inſignivere.

Alia argumenta, quibus cæſaris titulus Lucio Vero ante Antonini Pii mortem adſeri poſſe prætenditur, vide diſcuſſa apud TILLEMONTIVM *in Notis ad Titum Antoninum Pium nota VI.* CAPITOLINVS quoque, & AMMIANVS MARCELLINVS, adſtipulante e recentioribus NORISIO, & ipſo demque, qui aliqua obmovebat, PAGIO, nos docent L. Verum ſimul cæſarem, ſimul auguſtum renunciatum fuiſſe.

Porro autem Cejonius Commodus Verus, L. Veri pater, eſt quidem poſt adoptionem Ælius Verus appellatus, in numis tamen, quoniam baptiſma conſtanter (qui & unico tantum anno cæſar vixit) & cum L. Ælii ſolo nomine conſpicatur; ad eum referri numus noſter nulla ratione poteſt.

Reliquum eſt igitur, ut ad Annium Verum, M. Aurelii filium raſſimus hic numus referatur, in quo vultus ipſe lineamenta Marci patris, cum teneram ætatem ageret, egregie oſtendit. Numum nullum Græcum, cum ſolo Annii

Veri capite VAILLANTIVS produxit, neque Latinum MEDIOBARBVS; similis tamen nostro apud TRISTANVM extat. Cur vero hoc, & alia Amastrianorum numismata, inscripta etiam: OTHPOC KAICAP. (& caput imberbe exhibentia) Lucio Vero, Marci Aurelii collegæ, in *Catalogo Musæi Theupoli* tribuantur, non satis assequor, ob rationes modo a me in contrarium allatas. Sane apud HAYM *Tomo II Thesauri Britannici pag.* 220. numus Ioniorum, in quo caput imberbe, inscriptum BHPOC. *Verus*, non Lucio Vero, sed nostro Annio Vero adscribitur.

XXVIII.

Numus Lucii Veri cum capite radiato Zeugmate in Syria cusus modio formæ quales quidem notat VAILLANTIVS cum anno *tertio*, & *quarto*, sed noster cum *secundo* ZEΥΓ-ΜΑΤΕΩΝ B. *Zeugmatensium. Anno II.* Est similis in museo Theupoli.

XXIX.

. . . OTHPOC. CEB . . . *Verus Augustus.* Caput nudum Lucii Veri.

KYPPHCTΩN. *Cyrrhestarum* (in Cyrrhestica Syriæ regione) intra coronam lauream. *Secundæ magnitudinis.*

XXX.

CEBACT. AOYKIAAA. *Augusta Lucilla.* Caput ejus.

NIKOΠOΛEΩC. *Nicopolis.* Templum quatuor columnarum, in quo figura stans, tholus templi altior aliam quatuor columnis innitutur. *Tab. III N* 7.

Ad Nicopolin in Epiro hunc *parvi moduli* elegantissimum numum refero. Licet enim ea urbs sæpe in numis

IEPA.

IEPA. *Sacra* compelletur, & NEIKOΠΟΛΙC. fere ſcribitur; tamen etiam numos huic urbi attributos reperies ſine *Sacræ* titulo, & ſine diphtongo Nicopolis nomine inſcriptos. Accedit templi quaſi duplo ædificio in altum faſtigiati effigies, quæ congruit cum SVETONII narratione *in vita Auguſti C. VIII* qua commemorat Auguſtum, *ampliato veteri Apollinis templo*, quinquennale certamen apud Nicopolim conſtituiſſe.

Omnes Luciliæ numos Græcos rariſſimos pronunciat VAILLANTIVS.

XXXI.

ΑΟΥΚΙΛΛΑ. CEBACΤΗ. *Lucilla Auguſta* Caput ejusdem.

ΦΩΚΑΙΕΩΝ. *Phocaenſium.* Figura fluvii decumbens, d. arundinem attollit, ſ. urnæ incumbit, fundentis aquam, ad quam adſiſtit avis. *Parvi moduli*, perelegans. *Tab III. N.* 8.

STEPHANO Φώκαια πόλις Ἰωνίας. *Phocæa urbs Joniæ.* Alii cum PTOLEMAEO in Æolide locant, Ionicæ tamen originis urbem dicunt. Hermus fluvius eandem alluebat, cujus ſimulacrum numus exhibet. Pactolum quoque & Hyllum, ſeu Phrygium fluvios abſorbet Hermus, atque ita auctus in mare juxta Phocæam defertur, teſte STRABONE *Lib XIII.* qui ex HERODOTO hæc adfert. Avis formæ probe diſcerni non poteſt, neque aliquid ſatis certi inveni, quod eſſet relatu dignum.

XXXII.

AT... ΑΤΜΙΠΙΟC ΚΟΜΟΔΟC.... *Imperator* ... *Olympius Commodus* .. Caput Commodi laureatum.

ΕΦΕ(ΙΩΝ ΠΕΡΓΑ. Κ. CΑΡΔ.... ΟΜΟΝΟΙ.. *Epheſiorum Pergamenorum, & Sardianorum concordia.* Diana Epheſia, & altera figura deæ, caput alto flore ornata, ſtantes. *Fere maximi moduli. Bar.* STEIN

Olympii titulus Commodo etiam in alio Epheſiorum numo apud VAILLANTIVM tribuitur quo vocabulo quaſi Jupiter terreſtris adulatione Græca compellatur, aut victor ludorum Olympicorum celebratur. Ephelus Ioniæ, Pergamus Aſiæ, Sardes Lydiæ urbes notiſſimæ. Dea altera Iſis eſſe videtur.

XXXIII.

Caput, ut videtur, Commodi, inſcriptione detrita.

ΠΑΓΑΙΩΝ. *Pagæorum.* Ceres gradiens, utraque manu faces attollens. *Medii moduli.*

De Cereris cultu in Megaride, cujus regionis urbs erat Pagæ, vel Pegæ dicta, vide quæ adnotavimus in Appendicula *pag.* 249 ad numum Septimii Severi in hac urbe ſignatum, cujus urbis nulla apud VAILLANTIVM mentio.

XXXIV.

ΑΤΤ. Κ. Μ. ΚΟΜΟΔΟC. *Imperator Cæſar Marcus Commodus.* Caput laureatum

ΗΓΕ. ΚΛ. ΑΤΤΑΛΟΥ. ΟΥΛΠΙΑC. ΠΑΥΤΑΛΙΑC. *Præſide Claudio Attalo, Ulpiæ Pautaliæ.* Fortuna ſtans capite rurſulato, d. gubernaculum, ſ. cornu copiæ. *Magni moduli.* Ul-

Ulpia Pautalia Thraciæ olim, ſubinde Macedoniæ oppidum. Attali præſidis nomen in VAILLANTIO omnino deſideratur.

XXXV.

. . . . Π. CEΠTI Π . . . . *Publius Septimus Pertinax.* Caput Septimi Severi laureatum

ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΤ*ων* *Metropolitarum.* (in Phrygia) Mulier ſtans, d. quaſi clavam, aut potius gubernaculum, ſ. cornu copiæ. *Tertii moduli.*

XXXVI

ΑΤ. Κ. Λ CEΠ CEΤΗΡΟC Αὐτοκράτωρ Κάισαρ Λούκιος Σεπτίμιος Σεουῆρος *Imperator Cæſar Lucius Septimius Severus.* Caput ejusdem laureatum.

ΝΙΚΟΠΟΛΙΤΩΝ Π. Ι (πρὸς Ἴστρῳ) *Nicopolitarum ad Iſtrum.* Victoria gradiens, d. lauream, ſ. palmæ ramum. *Parvi moduli.*

XXXVII.

ΑΤ. Κ. CE. CEΤΗΡΟC. *Imperator Cæſar Septimus Severus.* Caput laureatum ejusdem.

ΝΙΚΟΠΟΛ. ΠΡΟC ΙCΤΡΟ. *Nicopolitarum ad Iſtrum.* Serpens corbi vimineo obvolutus, ex quo dependent duo botri. *Parvi moduli.*

Serpens, & botri commonſtrant hunc corbem, ſeu ciſtam ad Bacchi myſteria, & nefanda ſacra pertinere.

XXXVIII.

ΑΤΤ. Κ. Α. CEΠ. CE. . . . . *Imperator Cæſar Lucius Septimus Severus* Caput laureatum

ΙΟΥ. ΔΟΝΝΑ. *ſic* ΕΤ ΠΑΛΤΗΝΩΝ. *Julia Domna Pal-*

Paltenorum. Caput Juliæ Domnæ ſolito cum ornatu

Rariſſimi habentur Paltenorum numi, nec niſi unicum, ſub Commodo ſignatum, adduxerunt VAILLANTIVS, & P. HARDVINVS. Noſter *modu moduli eſt.* STEPHANO Πάλτος πόλις Συρίας *Paltos Syriæ urbs.* PTOLEMÆVS eam inter Gabalam, & Balaneas mediam recenſet.

Doctiſſimus MAFFEIVS in *Verona Illuſtrata* ſimilem numum refert, in quo legitur . . . . . ΔOMNA. ET. quod epocham eſſe putat. 305. Ob diuturnum Septimii imperium difficile eſt hujus epochæ initium definire; quod in ea tamen tempora incideret, quibus acria inter fratres Antiochos Syriæ reges bella anſam dedere Syriæ urbibus libertatem, aut alia privilegia extorquendi. Fratres iſti erant Antiochus VIII. Epiphanes, vulgo Grypus, & Antiochus IX. Philopator, vulgo Cyzicenus.

XXXIX.

ΑΥΤ. Κ Α. CEΠΤ. CEΠΤΗΡΟC. ΠΕΡ. *Imperator Cæſar Lucius Septimus Severus Pertinax.* Caput laureatum.

ΟΥΛΠΙΑC. ΠΑΤΤΑΛΙΑC. *Ulpiæ Pattaliæ* in Thracia. Æſculapius ſ. baculum cum ſerpente gerens inſidet draconi volanti. Numus *magni moduli*, integerrimus, & pulcherrimi laboris.

XL.

ΙΟΥΛΙΑ. CEBACΤΗ. *Julia Auguſta.* Caput Domnæ.

ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΕΝ. ΙΩΝΙΑ. *Metropolitarum in Jonia.* In area A. Vir armatus ſtans, d. haſtam, ſ. clypeum terræ inſiſtentem. *Tertiæ formæ.*

XLI.

XLI

IOYΛIA. ΔOMNA. *Julia Domna.* Caput Juliæ, uxoris Septimii Severi.

OΔHCCEITΩN. *Odeſſitarum.* In Mœſia. Duæ deæ ſtantes, quarum una d. facem tenet: altera Ceres, d. ſpicas, ſ. facem. Prior illa figura perſonam Cereris ſacram, ſeu Eleuſiniorum myſteriis initiatam repræſentare videtur, vel Veſtam. Numus *medii moduli.* Nullum hujus urbis ſub Domna vidit VAILLANTIVS.

XLII

IOYΛIA. ΔOMNA. CEB. *Julia Domna Auguſta.* Caput ejusdem.

OTΛΠIAC ΠATTAΛIAC. *Ulpiæ Pautalliæ.* Muliebris figura ſtans, d. pateram extendit ſupra aram, ſ. cornu copiæ.

Similem *mediæ formæ* numum edidit VAILLANTIVS, ſed ſine ara in averſa parte.

XLIII.

Eadem inſcriptio, & caput.

ΠΛATTAΛIΩTΩN. *Pautaliotarum.* Mulier capite tumulato ſtans, d. navis gubernaculum, ſ. cornu copiæ. *Parvi moduli.*

XLIV.

ATT. M. AYPH. ANTΩNINOC. Αὐτοκράτωρ Μᾶρκος Αὐρήλιος Ἀντωνῖνος *Imperator Marcus Aurelius Antoninus.* Caput Caracallæ laureatum.

ΛΔPIANOΠOΛITΩN. *Hadrianopolitarum.* Mulier ſtans, d. pateram, ſ. haſtam. *Medii moduli* VAILLANTIVS.

LANTIVS ſimilem refert, ſed cum adpoſita ara, quæ a noſtro numo abeſt.

XLV.

ATT. K. M. ATP. ANTΩNINOC. *Imperator Cæſar Marcus Aurelius Antoninus.* Caput laureatum Caracallæ.

AMICOY ΕΛΕΥΘ ΕΤ. CMΠ. *Ἀμισοῦ ἐλευθέρας ἔτους σμϛ'. Amiſi liberæ. Anno ducentiſimo quadrageſimo octavo.* Caput coronatum vel Bacchi ipſius, vel bacchantis. *Medii moduli.*

Amiſſus illuſtris Ponti Aſiatici urbs Anno V. C. 721 eſſe in libertatem e Stratonis tyrannide aſſerui. Inde deſumpta epocha. Si adjungam ei annos 248 conficietur annus V. C. 969 Septimii Severi cum Caracalla imperantis ultimus.

In VAILLANTII numo Amiſeno Caracallæ cum alia figura, ponuntur numerorum notæ CE id eſt 205. Sed error typothetæ eſt, uti patet ſub operis finem, ubi recenſet *urbes, in quibus epochæ*, nam ibi recte habetur CAE. 235.

XLVI.

ANTΩNINOC AVTOVCTOC *Antoninus Auguſtus.* Caput laureatum Caracallæ.

MHTPOΠΟΛ ANKVPAC. *Metropolis Ancyræ in Galatia.* Figura bacchantis; ad ejus pedes eſta ſemiaperta, ex qua prodit ſerpens. *Numus magni moduli.*

XLVII.

XLVII.

Eadem inſcriptio, & caput.

ΕΠΙ. Μ. ΑΥΡΗΛ. ΜΕΝΕΛ. ΑΡΧ. ΚΟΤΙΑΕΩΝ. Ἐπὶ Μάρκου Αὐρηλίου Μενέλαου Ἀρχιερέως Κοτιαέων *Sub Marco Aurelio Menelao*, vel *Menelai filio, ſummo ſacerdote Cotiaenſium.* Tres figuræ ſtantes, quæ ſunt: Hygia cum ſerpente, & patera, Æſculapius cum baculo, cui obvolutus eſt ſerpens, & in medio Teleſphorus. *Numus primi moduli.*

XLVIII.

. . . ΑΝΤΩΝΙΝΟC. *Antoninus.* Caput Caracallæ laureatum.

ΜΑΡΚΙΑΝΟΠΟΛΙΤΩΝ. *Marcianopolitarum* (in Thracia.) Teleſphorus ſtans, Phrygio pallio, & cucullo tectus. *Tertiæ formæ. Bar* ITEIN.

XLIX.

ΑΝΤΩΝΙΝΟC. ΑΥΓΟΥCΤΟC. ΙΟΥΛΙΑ. ΔΟΜΝΑ *Antoninus Auguſtus. Julia Domna.* Capita adverſa Caracallæ laureatum, & Juliæ Domnæ ejus matris.

ΥΠ. . . . . ΜΑΡΚΙΑΝΟΠΟΛΙΤΩΝ in area E. *Sub* . . . . . *Marcianopolitarum.* Figura ſtans, ad cujus dextrum latus aliquid tropæo ſimile, ad ſiniſtrum haſta, & clypeus. *Mediæ formæ.*

L.

ΑΝΤΩΝΙΝΟC. ΑΥΓΟΥCΤΟC. *Antoninus Auguſtus.* Caput laureatum Caracallæ.

ΝΙΚΑΕΙΩΝ. *Nicaenſium* in Bithynia. Pallas galeata ſtans ad aram, d. haſtam, ſ. pateram. *Magni moduli.*

LI.

AYT. K M. AYPH ANTΩNEINOC. *Imperator Cæſar Marcus Aurelius Antoninus* Caput Caracallæ laureatum.

OYΛΠΙΑC ΠΑYTΑΛΙΑC CTPYMΩN *Ulpiæ Pautaliæ Strymon* fluvius Thraciæ Figura fluvii decumbens ſupra urnam, ex qua fluit aqua, dextram ſupet navim extendit, ſiniſtra arundinem tenet

Hunc *magni moduli* elegantem numum in Appendicula *pag* 206. occaſione alterius numi, Pautaliæ ſignati, qui figuram fluvii ſine nomine refert, recenſui, nunc ab amici cimelio ad noſtrum translatus hic refertur. Ex eodem liquet Pautaliam ad Strymonem, navigabilem fluvium, non ad Hebrum ſitam fuiſſe, ut in memorata Appendicula adnotavi.

LII

AYT M. AYPH ANTΩNEINOC. Caput Caracallæ laureatum.

OYΛΠΙΑC ΠΑYTΑΛΙΑC. *Ulpiæ Pautaliæ.* Imperator ſtans, d. ſceptrum, vel fulmen gerens, ſ. haſtam, coronatur ab adſtante a tergo Victoria, ſ. palmæ ramum gerente *Numus magni moduli*

LIII

AYT K M. AYP. ANTΩNINOC. Caput Caracallæ laureatum

HΓ. . . . . OYΛΠΙΑC ΠΑYTΑΛΙΑC *Ηγεμὼν Præſide . . . Ulpiæ Pautaliæ.* Aquila ſtans alis expanſis. *Magni moduli.*

LIV.

LIV.

. . . . A C. ANTΩNIN Caput Caracallæ laureatum.
OYΛΠΙΑC. ΠΑΥΤΑΛΙΑC. Corbis frugibus plenus.
Parvi moduli.

LV.

AYTOKPA K. MAPKOC. AYP ANTΩNEINOC. *Imperator Cæsar Marcus Aurelius Antoninus.* Caput Caracallæ laureatum

ΕΠΙ CTP IOYΛ. ANΘIMOY. ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. ΠΡΩΤΩΝ. ΤΡΙC. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. ἐπὶ στρατηγοῦ ιωλίου &c. *Sub Prætore Julio Anthimo, Pergamenorum primorum, ter neocororum* Imperator equo currentr insidens telo leonem confodit. *Magni moduli.*

Pergamus celebris Myſiæ urbs, ad Caycum fluvium ſita, quam etiam Selinus interluit, & Cetius præterfluit: olim Eumenis regia ſedes erat. Prænomen *Marcus* raro integre ſcriptum legitur.

LVI.

AYT. K. M. AYP. ANTΩNINOC. Caput laureatum Caracallæ.

OYΛΠΙΑC. CEPΔIKHC. *Ulpiæ Serdicæ* in Moeſia. Duo viri togatr ſtantes, quorum alter alteri globum tradit.

Hic *magni moduli* numus referre videtur Septimium Severum, curas imperii cum Caracalla partientem, dum eundem auguſtum renunciavit, de quo AELIVS SPARTIANVS legi poteſt.

LVII.

AYT. K. M. AYP. CEY. ANTΩNEINOC. *Imperator Cæſar Marcus Aurelius Severus Antoninus.* Caput Caracallæ laureatum

OYΛΠIAC. CEPΔIKHC. *Ulpiæ Serdicæ.* Mulier ſtans, d. ſpicas, ſ. facem, circa quam ſerpens: ad pedes ciſta ſemiaperta, ex qua prodit alius ſerpens. *Magni moduli.*

Cereris, & Bacchi ſymbola videntur hic frumenti, & vini uberem proventum indicare

LVIII.

AYT. K. M. AYP. CEYH. ANTΩNEINOC. Caput Caracallæ laureatum.

OYΛΠIAC CEPΔIKHC. *Ulpiæ Serdicæ.* Aquila, ſertum roſtro gerens, globo inſiſtit. *Magni moduli.*

Non eſt illepidum in cimelio noſtro contuen ſub ſolo Caracalla ſedecim numiſmata Ulpiæ Serdicæ, magni moduli omnia, ac diverſis figuris; quando VAILLANTIVS in omnibus quæ vidit, cimeliis non niſi quindecim varii moduli Serdicenſes Caracallæ numos offendit.

LIX.

AYT. KAI. M. AYP. CEYHPOC. ANTΩNEINOC. EY. CEB. Π. Π. id eſt, Πατὴρ Πατρίδος. *Imperator Cæſar Marcus Aurelius Severus Antoninus Pius Pater Patriæ.* Caput Caracallæ laureatum.

ΑΔΡ. CEYHP. ANTΩNEINOY . . . . TAPCOY. M. (in area) KOINOBOYΛIΩN. Γ. B. Ἀδριανῆς Σεουηριανῆς Ἀντωνινιανῆς Ταρσέων Μητροπόλεως Κοινοβουλίων.

Ego-

ΓΡΑΜΜΑΤΕΩΝ ΒΟΥΛΗΣ *Hadrianae Severianae Antoninopolis Tarsi. Communes Magistratus Rescripto Senatus.* Roma galeata sedens, d. Victoriolam, s. hastam. *Magni moduli, & fere maximi*

Videntur hic communes totius Ciliciæ magistratus Romam honorare, numus vero singulari Tarsensis senatus decreto signatus fuisse.

LX.

AYT. M. AYPH. ANTΩNINOC. *Imperator Marcus Aurelius Antoninus.* Caput Caracallæ laureatum.

ATΓOYCTHC TPAIANHC *Augustæ Trajanæ* to Thracia, vel to Daciæ. Serpens in gyros contortus caput erigit, corona & nimbo cinctum. *Magni moduli.*

LXI.

AY. K. M. AY. AN. . . . . *Imperator Cæsar Marcus Aurelius Antoninus.* Caput Caracallæ laureatum.

. . . . ΠOΛITΩN ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ. *Tripolitarum.* Templum, in cujus aditu idolum stans, d elevat, s. hastæ simile aliquid gerit; ex utraque parte peristylium quatuor columnarum.

Hunc *mediæ formæ* numum, expleta inscriptione, ad Phœnicias Tripolin referendum esse ex fabrica, & figura aversæ partis valde probabiliter colligitur. Similem templi typum cum epigraphe. ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ. in Severiadis numo adfert VAILLANTIVS.

LXII

K. M. AVR. ANTΩNEINOC *Cæſar Marcus Aurelius Antoninus* Caput Caracallæ nudum.

ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΙΤΩΝ *Philippopolitarum* in Thracia. Cupido leoni inſidens, Amoris fortitudinem indicat. *Parvi moduli*

Græci num Caracallæ cum ſolo cæſaris titulo rari ſunt.

LXIII.

Π. CEΠT. ΓETAC. K. Πόπλιος Σεπτίμιος Γέτας Καῖσαρ *Publius Septimus Geta Cæſar* Caput ejus nudum.

ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ *Hadrianopolitarum* in Thracia. Luna bicornis cum aſtro *Parvi moduli.*

LXIV.

Π. CEΠTIMIOC ΓETAC K *Publius Septimus Geta Cæſar.*

NIKOMHΔEΩN ΔIC NEΩKOPΩN *Nicomedienſium bis neocorum*, in Bithynia Fortuna ſtans, d. temonem, ſ. cornu copiæ. *Parvi moduli.*

LXV.

AVT. K. Π. CEΠTI. ΓETAC. *Imperator Cæſar Publius Septimus Geta* Caput ejus laureatum.

ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. *Philippopolitarum.* Figura, ut videtur, muliebris, d. caduceum attollens inſidet quadrupedi, quod, ſi cornua apparerent, citra dubium bovem dicerem. *Parvi moduli*

Fortaſſe hæc figura Europam paciferam, aut pacatam denotat. Et convenirebat Thraciæ urbi Philippopoli ſymbolo Europæ uti, quam ſcimus e fabulis in Thraciæ littus ex Aſia tauro transvectam.

LXVI.

LXVI.

AYT. K. M. OΠEΛ CEOY. MAKPEINOC. CEBA.

Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μᾶρκος Ὄπελιος Σεουῆρος Μακρῖνος Σεβαστὸς *Imperator Cæſar Marcus Opelius Severus Macrinus Auguſtus.* Caput Macrini laureatum

ΑΠΑΜΕΩΝ Arca aquis innatans, in qua vir, & mulier medio corpore exſtantes. ad arcæ duo cornua aves ſingulæ, quarum altera oleæ ramum pedibus ſtringit. Arcæ inſcriptum NΩ . . tertia littera attrita. Extra arcam vultu averſo procedunt mulier ſtolata, & vir quaſi ſago indutus, ambo dextram elevantes. Circa oram numi videntur etiam veſtigia literarum, niſi puncta ſint potius, oram cingere ſolita. *Eſt modulo bene magni. Tab. II. N.* 9.

Elegantiſſimum numiſmatis hujus typum, in Septimii Severi, & Philippi ſeptoris rariſſimis partet numiſmatibus deprehenſum, eruditiſſima diſſertatione illuſtravit OCTAVIVS FALCONERIVS, quæ Romæ 1667. ſeorſim, & Pariſiis 1684. cum Petri SEGVINI opuſculis edita eſt, hac epigraphe *Diſſertatio de numo Apamenſi, Deucalionei diluvii typum exhibente.* In hac laudatus FALCONERIVS contendit Noëmicum diluvium, Deucalionis fabulis involutum, ejusmodi typo repræſentari, & numos hoſce Apameæ in Syria attribui propterea, quod ex LVCIANO *de dea Syria* conſtet circa Severi tempora Hierapoli in Syria illuſtres adhuc ceremonias viguiſſe, quibus diluvii, & conſervati generis humani memoria ab idololatris quoque recolebatur.

Sed

Sed P. HARDVINVS *de numis populorum, & urbium* ſimilem Septimi numum recenſens, eundem ad Apameam Phrygiæ refert, ac figuras ita exponit. Arcam eſſe urbis ipſius Apameæ ſymbolum, quæ κιβωτὸς *Arca* dicta eſt, PLINIO *teſte lib. V.* virum & mulierem in arca, cives Apamenos referre: corvum apponi, quod urbs eadem olim Κίλαινα, vel Μίλαινα appellaretur, PLINIO docente, quod *ingredimen* denotat. Porro columbam cum ramo oleæ ſignificare pacem, victis Parthis Aſiæ partam, & reſtitutam ſecuritatem, quam ſublata dextra auguſtus & auguſta indicarent, aquis vero innatare arcam, quod fluvius cincta eſſet Apamea Marſya, & Mæandro, numis teſtibus, & STRABONE *Lib. XI*

Ego vero & HARDVINI ſententiam non omnino repudiandam, & FALCONERIVM ex parte ſequendum duxi. Exiſtimo itaque numos hoſce ad Apameam Phrygiæ pertinere cum HARDVINO, quia in iis Magiſtratus ΑΡΧΙ*ερέως ſummi ſacerdotis* reperitur, qui a Syriacis numis abeſt, & Aſiæ proconſolaris numus fere proprius eſt, atque a nonnullis ſæpe ἀρχιερὶς idem qui ἀσιάρχης exiſtimatur. Præterea in Severi numo apud FALCONERIVM legitur ΜΑΓΝΗΤΩΝ *Magneſiorum*. Quæ cum urbe concordia utique Phrygiæ Apameæ potius, quam Syriacæ adſcribenda videtur: denique numi noſtri fabrica elegantior eſt nimio, quam ut in Syriaca urbe ſignatum credat aſſuetus Græcis numis oculus.

Contra vero Noëmici diluvii memoriam in ejuſmodi numis conſignatam eſſe cum FALCONERIO plane conſentio. Numorum aperte ſunt diluvii, & Deucalionis, ſeu Noë figuræ,

guræ, immixtæ celebri fabulæ, qua Deucalion & Pyrrha lapides post tergum jactasse feruntur; quod profecto averſæ illæ ab arca figuræ, atque dextram attollentes potius denotant, quam ſecuritatem, eam ſane auguſtus & auguſta averſo vultu neſcio quam decore annunciarent. Quæ de corvi nigredine aſſeruntur, argutiora ſunt, quam ut ex monetarii mens nobis conſtare probabili indicio poſſit. Pacem partam nunquam columbæ ſymbolo in antiquis numis expreſſam, uti neque cives viri, & mulieris figura indicatos commemini.

E converſo, quam apte omnia cum hiſtoriæ ſacræ de diluvio Noëmico narratione (adſperſa Deucalionis fabula) in numis hiſce conveniant, typus ipſe eloquitur. Unicum opponi poſſet viri ab arca digredientis figuram Romano militari veſtitu indutam, & laureatam videri, atque adeo imperatorem potius, quam Deucalionem repræſentare. Suſpicor hic profecto adulationis aliquid latere id numis Græcis & Latinis non inſolitæ, arbitror itaque auguſtum, & auguſtam extra arcam, velut novum Noë, ſeu Deucalionem, & Pyrrham effictos, quo ſymbolo eos velut conſervatores humani generis, aut reparatores, Græcula adſentatione, honorarent Apameni.

Quod vero Noëmici diluvii res circumſtantes omnes, in his numis figuratæ, ethnicis quoque cognitæ, & nomen ipſum *Noë* non penitus eos latuerit, egregie plurimis teſtimoniis FALCONERIVS corroborat ex LVCIANO citato, ex EVSEBIO *de Præpar. Evang. L. XI.* ex PHILONE *de præmiis, & pœnit.* ex IVSTINI *Apologia I.* ex IOSEPHO *contra*

Apamea Lib. I. & alus apud BOCHARTVM quoque invenendis in *Geogr. Sac Lib II C.* 13.

Nequit mirari ſubit, ſi veram Noema hiſtoriam, & nomen e tot per Aſiam omnem diſperſis Judæis, atque tum maxime invaleſcentibus Chriſtianis didicere Apameni monetarii, & eorum aut eruditior aliquis, aut veritati vicinior hiſtoriam, & nomen Noë nummo inſerunt, quando etiam apud Americanos barbaros in Cuba, Mechoacana, Nicaragua, Paraquaria, & Caſtella aurifera, diluvii, & conſervatorum animalium, quin columbæ quoque & corvi memoriam repererunt Hiſpani, uti referunt *Joſephus* ACOSTA *S. J. in hiſtoria Indica*, & *Antonius* HERRERA *in hiſtoria generali de geſtis Caſtellanorum*, & *P.* ANTONIVS RVIZ *S. J. conquiſta ſpirituał. &c.*

Quare nummum noſtrum ita demique expono ſignatum eſſe cenſeo Apameæ in Phrygia; typo refert diluvium Noë, Deucalionis fabula involutum, arca illa arcam Noë, avibus corvum, & columbam cum oleæ ramo, deſignari intra arcam exhiben Noë cum uxore, qui Græcis Deucalion, & Pyrrha dicti extra arcam eosdem repræſentari ſaxa poſt tergum jactantes, & ideo auguſtorum veſtitu effictos, ut alluderent adſentatione ad reparationem vel conſervationem generis humani. Non abnuo, forte idcirco etiam hunc arcæ aquis innatantis typum delegiſſe Apameuos, ut illuſtri hoc eventu ſimul ad alterum urbis ſui nomen κιβωτος Cibotos *Arca*, ſeu *Ciſta*, & urbis ſitum intra aquas, alluderent.

Utrum

Utrum vero in numo noſtro manca inſcriptio ſupra Arcam NΩ . . explanda ſit NΩH. vel NΩE. vel NΩA. pro certo affirmare non auſim, quamquam in numo Philippi patris, uti refertur a FALCONERIO, arcæ inſcriptum habeatur NΩE. Nam cum in numo noſtro in ora inſcriptio fortaſſe extrita ſit, & NΩ tantum expreſſe legatur; poterat circum oram forte ΠΕΡΓΑΜΗ ultimo loco inſculptum fuiſſe, quod vocabulum per NΩN complecteretur ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ, aut alterius civitatis ſimili terminatione nomen, cum qua concordia Apamenis intercedare poterat. Equidem VAILLANTIVS in Philippi numo nihil de NΩE, ſed NEΩK, & in Severi numo NEΩ ponit. In noſtro tamen perſpicue eſt NΩ . . quod ad τὸ NEΩKωρων pertinere non poteſt, niſi retrograde legatur, ad quod non eſt ſine certo indicio confugiendum. Si firmior quædam auctoritas Sybillinis verſibus conſtaret, nemo jam in dubium vocare poſſet, in Apameæ Phrygiæ numis diluvium exhiberi, quando verſus illi montem Ararat, in quo arca Noë ſubſiderat, Phrygiæ μελαινης, ſeu *Nigræ* tribuunt, quale & priſcum *Apameæ* nomen fuit, antequam ab Antiocho I. Syriæ rege incolæ e Celænis vel Melænis in novam urbem traducti eſſent, quæ Apamea dicta eſt ab Antiochi matre Apame, teſte STRABONE *Lib. XI.* Verſus ita habent, quos Sibyllinos dicimus, Lib. I.

ἐν δὲ τῇς ὀρυγίης ἐπὶ ἑσπέρου μελαίνης
πλίξαντι τανυμήκες ὄρος ἀραρὲν δὲ καλεῦται
ἔνθα φιλὲς μεγάλω σανίδι θαρσυν πίφυκεν.
τῷ δὲ κιβωτὸς ἔμιμνε τὸ πρῶτον ἐν ὑψηλοῖσι κορύφης.

Eſt autem in Phrygiæ nigræ continente
Mons macteſſius, longus, Ararat dictus,
Inde naſcuntur fontes magni fluvii Marſyæ,
In cujus ſublimi vertice arca manſit.

Mons Armeniæ, in quo arca quieviſſe creditur, ab incolis Maſis, ab aliis Ararat appellatur; poterant vero juga montium iſtorum, usque in Phrygiam forte procurrentium, idem nomen obtinuiſſe. Videtur tamen id confictum fuiſſe apud Apamenos, aut certe apud vicinos Phryges, veterem fabulam, qua ſibi perſuaſerant, apud ſe arcam illam Noë, ſeu Deucalionis ex aquis emerſiſſe. Quod confirmare videntur ea, quæ de Annaci, ſeu Hannaci, diluviani vatis memoria apud Phryges pervulgata fuiſſe memorant STEPHANVS *de Iconio.* item SVIDAS, & ERASMVS *adag. Chil. II. cent.* 8. *adag.* 19. Sive is Annacus Noah, ſive Henoch dicatur. Videri etiam poteſt *Petri Dan. Huetii Demonſtratio Evangelica propoſitione IV. Cap.* 6. *pag.* 255. *Edit. Lipſienſis.*

LXVII

. . . ΟΠΕΛ. CET. MAKPEINOC. K. M. ΟΠΕ. ANTON. . . Ὀπέλιος Σεουῆρος Μακρῖνος Καῖσαρ Μᾶρκος Ὀπέλιος Ἀντωνῖνος. Imperator *Opelius Severus Macrinus*: Cæſar *Opelius Antoninus* Diadumenianus. Capita adverſa Macrini laureatum, & Diadumeniani nudum.

ΥΠ. ΠΟΝΤΙΑΝΟΥ. ΜΑΡΚΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. *Sub Pontio Marcianopolitarum*, in area E. Mulier ſtans, d. bilancem, ſ. cornu copiæ. *Magni moduli* perelegans, & perrarus. *Tab. IV. N.* 1.

LXVIII.

LXVIII

AYT. K. M. AYPH. ANTΩNEINOC. IOYΛIA. MAICA AYΓ. *Imperator Cæſar Marcus Aurelius Antoninus: Julia Mæſa Auguſta.* Capita adverſa Elagabali laureatum, & Mæſæ aviæ maternæ ejusdem.

TΠI. IOTA. ANT. CEΛEYKOY. MAPKIANOΠOΛITΩN in area E. Τπὸ Ἰουλίᾳ Ἀντωνείνῳ Σελεύκου Μαρκιανοπολιτῶν. *Sub Julio Antonino Seleuci filio Marcianopolitarum.* Mulier ſtans, d. caduceum, ſ. cornu copiæ. *Modii moduli*, elegans.

LXIX

AYT. K. M. AYPHΛI. ANTΩNEINOC. Caput Elagabali laureatum. Inſcriptio averſæ ut in præcedente numo: Vir galeatus ſtans, d. haſtam, ſ. clypeum. *Medii moduli.*

LXX.

AY. K. M. AYPH. ANTΩNINOC. Caput Elagabali laureatum.

NIKOΠOΛITΩN ΠPOC Ἴστρῳ. *Nicopolitarum ad Iſtrum.* Teleſphorus ſtans, pallio, & cucullo tectus. *Parvi moduli.*

LXXI.

AKYΛIA. CEYHPA. CEβαστη *Aquilia Severa Auguſta.* Caput Juliæ Aquiliæ, uxoris Elagabali.

OΔHCCEITΩN Ὀδησσιτῶν. Duæ deæ ſtantes, nempe Veſta velata, d. facem gerens, ſiniſtram ad ſociam tendens, & Ceres, d. ſpicam, ſ. facem. *Medii moduli elegantiſſimus.* *Tab. IV. N.* 2.

Aquiliæ numi omnes eximiæ ſunt raritatis, Odeſſitarum nullum VAILLANTIVS exhibuit.

LXXII.

IOYAIA. COYAIMIC. *Julia Soæmias*, vel *Soæmis*. Caput matris Elagabali. Eadem pars averſa, quæ in Aquiliæ numo. *Parvi modoli.*

Elegantiſſimus, & rarus, ut & omnes hujus auguſtæ.

LXXIII.

A. K. M. AYP. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟC. Αὐτοκράτωρ Καίσαρ Μάρκος Αὐρήλιος Ἀλέξανδρος *Imperator Cæſar Marcus Aurelius Alexander.* Caput ejus laureatum.

ΕΠ. CTPA AYP ΓΛΑΥ. ΕΥΤΥΧΟΥC. ΑΙΓΑΕΩΝ. Ἐπὶ Στρατηγοῦ Αὐρηλίου Γλαύκου Εὐτυχὴς Αἰγαίων *Sub Prætore Aurelio Glauco, Eutychus filius Ægæorum.* Bacchans, vel Bacchus, quaſi muliebri veſtitu ſtans, ſ. thyrſum tenet, e cujus pede exiſtens hedera aſcendit, in arcum flexa ſupra caput Bacchi, qui eam uſque in terram defluentem dextra apprehendit.

Præſtantiſſimum hoc *maximi modoli* numiſma non pertinet ad Ægas Ciliciæ, ſed ad Ægas vel Ægeas, ut HERODOTVS *Lib. I* appellat, Æolidis urbem; quoniam τῷ Στρατηγῷ magiſtratus in Jonia, & vicinoribus provinciis, non autem apud Cilices nomen uſurpatur, uti ex ipſis numis ſatis manifeſte colligitur. Hujus urbis numi non ſunt frequentes.

LXXIV.

LXXIV.

AYT. K. M. AYP. CEYH. AΛEΞANΔPOC *Αυτοκρατωρ Καισαρ Μαρκος Αυρηλιος Σευηρος Αλεξανδρος. Imperator Cæsar Marcus Aurelius Severus Alexander.* Caput ejusdem laureatum.

ΔIONYCOΠOΛEITΩN. *Dionysopolitarum* in area Δ. Serapis stans ad aram, d. pateram, s. cornu copiæ. *Medii moduli pereleganS.*

Dionysopolis alia in India erat, alia in Thracia, vel Mœsia inferiore, utraque a Baccho, qui Græcis Διονυσος, nomen accepit. ad posteriorem numus pertinet.

LXXV.

AYT. K. M. AYP. CEYH. AΛEΞANΔPOC. Caput Alexandri laureatum.

EΠI. CTPA M. ΦΛA. CATOPNEINOY. ΔIOC-IEPEITΩN. *Sub Prætore Marco Flavio Saturnino. Dioshieritarum.* Templum quatuor columnarum, in quo idolum sedens, s. hastam, d. nescio, quid gerat. *Magni moduli.*

Dioshieritarum urbs in Ionia, vel in Lydia erat, templum, & idolum Jovis esse, cujus figuram nomus exhibet, nullus dubito, cum ipsum urbis nomen Διος ἱερὸν *Jovis templum* significet. Nullum hujus urbis numum sub Alexandro adfert VAILLANTIVS.

LXXVI.

LXXVI

AYT. K. M. AYR. CEOY. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟC. *Imperator Cæſar Marcus Aurelius Severus Alexander.* Caput ejus cum corona radiata.

ΜΗΤΡΟΠ ΚΑΙCΑΡΙ. Μητροπόλεως Καισαρείας. *Metropolis Cæſareæ* in Cappadocia. Mons Argæus baſi impoſitus, cui inſcriptum ET. A. id eſt *Anno primo* imperii Alexandri, monti ſtella impoſita. *Medii moduli.* In nummis hujus Cæſareæ, apud VAILLANTIVM, Alexandri annus imperii primus, & ſecundus deſiderantur.

LXXVII

AYT. K. M. AYP. CEY. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟC. ΙΟΥΛΙΑ. ΜΑΙCΑ . . . . *Imperator Cæſar Marcus Aurelius Severus Alexander. Julia Maeſa* . . . Amborum capita adverſa.

ΥΠ. ΤΙΒ. ΙΟΥΛ. ΦΗCΤΟΥ. ΜΑΡΚΙΑΝΟΠΟΛΙΤΩΝ. *Sub Tiberio Julio Phœſti filio. Marcianopolitarum.* in area E. Mulier ſtans, d. pateram, ſ. cornu copiæ. *Medii moduli perelegans. Tab. IV. N* 3.

Paullo ſuperius Elagabali caput, conſignatum capiti Juliæ Maeſæ protulimus: en Alexandri caput, ejusdem Maeſæ capiti conſociatum, qui idem, ac Elagabalus, Maeſæ nepos fuiſſet. Nam uti HERODIANVS *Lib. V.* adnotarat Julia Maeſa, ex Emeſa Phœnicæ urbe oriunda, Juliæ Domnæ ſoror, filias genuit Juliam Sæmiadem, & Juliam Mameam, quarum prior Elagabali, poſterior Alexandri imperatorum mater erat.

LXXVIII.

LXXVIII.

AY. K. M AY . . . . ΑΛΕΞΑΝΔΡΟC. Caput Alexandri laureatum.

ΥΠ. ΙΟΥ. ΓΕΤαΛΙΚα ΜΑΡΚΙΑΝΟΠΟΛΙΤΩΝ. *Sub Julio Getulico Marcianopolitarum.* Aquila expansis alis lauream roſtro ſtringit. *Medii moduli perelegans.*

LXXIX.

M. ΑΥΡ. CΕΥΗ, ΑΛΕΞΑΝΔΡΟC ΑΥΓ. *Marcus Aurelius Severus Alexander Auguſtus.* Caput ejus laureatum.

ΝΙΚΑΙΕΩΝ. *Nicaenſium* in Bithynia. Pallas ſtans, d. pateram vel coronam, ſ. haſtam, ad pedes clypeus. *Tertiae formae.* Bar-STEIN.

LXXX

M. ΑΥΡ. CΕΥ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟC. *Marcus Aurelius Severus Alexander.* Caput ejus laureatum.

ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ. ΔΙC. ΝΕΩΚΟ. *Nicomedienſium bis Neocororum.* Mulier ſtans, d. bilancem, ſ. baculum. *Parvi moduli.*

LXXXI.

Eadem inſcriptio, & caput ut in praecedenti numo.

ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ. ΤΡΙC. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Nicomedienſium tertium Neocororum.* Mulier ſtans, d. navis gubernaculum, ſ. cornu copiae. *Parvi moduli.*

LXXXII.

Γ. C. ΕΡΕΝΙCΑΛ. ΒΑΡ. ΟΡΒΙΑΝΑ ΑΤΓ. *Gnea Seia Herennia Salluſtia Barbia Orbiana Auguſta* Caput Barbiae Orbianae.

ΠΡΟΥCΑΕΩΝ. *Pruſaeorum* Figura nuda, uno genu inflexo in terram ſe abjiciens, d. pugionem in ſe

ſtringit, vel culirum, caput pileo Phrygio tectum eſt. *Tab. IV. N.* 4.

Pruſa Bithyniæ urbs eſt. In hoc numo Gallus exhibetur, ſeu Cybeles, Phrygiæ deæ, ſacerdos ſibi ipſi peſſime conſulens, LVCIANVS *de dea Syria* ita de Gallo ſimiliter inſnuente: *καὶν δὲ ξίφος ἀνείλῃ ἑαυτὸν ἀφανὴς ἔσται.* OVIDIVS *in Feſtis*, & LAMPRIDIVS *in Elagabalo* de his ſordibus plura.

Hic numus tertii moduli rariſſimus eſt, cum ob caput Orbianæ, tum ob titulos complures præfixos, & novam averſæ partis figuram. TRISTANVS numos Gneæ Seiæ Sall. Barb Orbianæ tribuit Orbianæ cuidam jumori conjugi Hoſtiliani, quia oumum Græcum protulit, in cujus una parte caput Hoſtiliani, in altera Orbianæ cum hiſce titulis reperiebatur; quæ de re alias egimus in Appendiculis ad numos urbium Græce loquentium a VAILLANTIO editos, ad numum Hoſtiliani Perperenorum *pag* 345. Forte fuit Gnea Seia filia alterius Barbiæ Orbianæ, quæ Alexandro Auguſto nupſerat. Libuit interea Alexandri numis hunc Orbianæ ſubjungere, dum eruditorum conſenſus hanc in duas Orbianas diſtinctionem probet. Sane Orbianæ Alexandri omnia ea nomina convenire, quæ in TRISTANI, & noſtris numis occurrunt, oſtendit recte HAYMVS *Tom II. pag.* 259 e numo Ægyptio hujus Orbianæ cum omnibus hiſce titulis, in quo tamen *annus quintus* Hoſtiliano congruere nequit.

LXXXIII

IOTA. MAMEA. *ſic.* CEBACCTH *Julia Mamæa Auguſta* Caput Mamææ matris Alexandri imperatoris

KYZIKHNΩN. *Cyzicenorum Neocorum.* Paſtor rupi

in

inſidens ſub arbore mulget capram. *Medii moduli*, inſignis elegantiæ. *Tab. IV. N 5.*

Paſtoris mulgentis figura videtur rurales divitias agri Cyzicen indicare, de qua re ita VALERIVS FLACCVS *Lib. II. Argonaut.*

Nec procul ad tenuis ſurgit confinia Ponti
Urbs placidis demiſſa jugis, rex devitis agri
Cyzicus.

Elegantiam numiſmatum Cyzicenorum ita laudat SVIDAS, ut in proverbium abiiſſe dicat Cyzicenos ſtateres pro re diligenter ſculpta.

LXXXIV.

Γ. ΙΟΥΛ. ΜΑΞΙΜΟϹ. Κ. *Cajus Julius Maximus Cæſar.* Caput Maximi laureatum.

ΦΩΚΑΙΕΩΝ. *Phocaenſium.* Figura fluvii decumbentis: infra C. A. Δ. *Secunde, vel tertiæ formæ.* BARSTRIN.

Fluvius Hermus eſt, qui Phocæam Æoliæ, vel Ioniæ urbem eluebat. Literæ ſubſcriptæ Στρατηγῶ Prætoris nomen indicare videntur, quale plerumque in Phocææ numis legitur, quale illud fuerit, divinare non auſim.

LXXXV.

Α. Κ. Μ. ΚΑΟ. ΠΟΤΠΙΗΝΟϹ . . . . *Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος Κλώδιος Πούπιηνος . . . . Imperator Cæſar Marcus Claudius Pupienus.* Caput ejus laureatum.

L. A. *Anno primo.* Victoria gradiens, d. ſertum, l. palmæ ramum. Ægyptius numus, *medii moduli.*

Pupieni omnes nummi Græci rariſſimi ſunt.

LXXXVI.

ATT. K. M. ANT. ΓΟΡΔΙΑΝΟC. ATT' Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος Αὐτώνιος Γορδιανὸς Σεβαστός *Imperator Cæsar Marcus Antonius Gordianus Augustus.* Caput Gordiani Pii laureatum.

ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΙΤΩΝ *Hadrianopolitarum.* in Thracia. Phœbus capite radiato stans, d. elata, s. flagellum gerit. *Medii moduli.*

LXXXVII.

Eadem inscriptio, & caput, quæ in præcedente.

ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΙΤΩΝ. *Hadrianopolitarum.* Victoria stans, d. lauream, s. palmæ ramum tenet. *Parvi moduli.*

LXXXVIII.

ATT. K. M. ANT. ΓΟΡΔΙΑΝΟC. Caput Gordiani laureatum.

ΘΕCCΑΛΟΝΙΚΕΩΝ. *Thessalonicensium* in Macedonia. Victoria gradiens, d. lauream, s. palmæ ramum. *Parvi moduli.*

LXXXIX.

ATT. K. M. ANT. ΓΟΡΔΙΑΝΟC. ATT. CEB. ΤΡΑΝΚΥΛΛΙΝΑ. *Imperator Cæsar Marcus Antonius Gordianus Augustus: Augusta Tranquillina.* Capita adversa Gordiani laureatum, & Tranquillinæ uxoris.

ΜΕCΑΜΒΡΙΑΝΩΝ. *Mesambrianorum* in Thracia. Mulier turrita capite stans, d. pateram, s. cornu copiæ. *Medii moduli*, perrarus *Tab. IV. N. 6.*

XC.

XC.

AVT. KAIC. M. ANT. ΓΟΡΔΙΑΝΟC. CEB. Π. Π. *Imperator Cæſar Marcus Antonius Gordianus Auguſtus Pater Patriæ.* Caput ejusdem laureatum.

ΤΑΡCΟΥ. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC. Α. Μ. Κ. Γ. Β. *Tarſi Metropolis primæ maximæ (vel ſolius) urbis Ciliciæ decreto ſenatus.* Imperator paludatus ſolus ſtans, d. Victoriolam, quæ ipſi coronam porrigit, ſ. haſtam præpilatam. *Primæ magnitudinis.* Bar. STEIN (d)

XCI.

M. ANT. ΓΟΡΔΙΑΝΟC ΑΥΓ. CΕ. C. ΤΡΑΝΚΥΛΛΙΝΑ. Μάρκος Ἀντώνιος Γορδιανὸς Αὐγουστὸς Σεβαστὸς. Σαβῖνα Τρανκυλλῖνα. *Marcus Antonius Gordianus Auguſtus. Auguſta Sabinia Tranquillina.* Capita eorundem adverſa.

ΜΗΤΡ. ΠΟΝΤΟΥ. ΤΟΜΕΩC. *Metropolis Ponti Tomorum.* Mulier capite tuculato ſtans, cum cornu copiæ. *Medii moduli*, perrarus.

XCII.

CABEINA. ΤΡΑΝΚΥΛΛΕΙΝΑ. *Sabina Tranquillina.* Caput ejus.

ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Perinthiorum Neocorum*, in Thracia. Figura ſtans, d. pateram, ſ. cornu copiæ, ad pedes ara. *Medii moduli. Bar.* STEIN.

(d) Miror Froelichium hic mutare opinionem de literis A. M K. Legendis ſine ulla indicata ratione, quam tamen in IV tentaminibus ſibi præplacere aſſeruit, adque eo magis, quod lectas ab eodem obſerva-tionem Inſ. Baronis de la Baſtie ad Jobertum T. II. pag. 147 ſeqq. ſit, ut nihil quidem videtur, aſſumtam hic interpretationem liquido convellit.

Simulem averſæ partis typum VAILLANTIVS recenſuit, ſed ſine ara.

XCIII.

ΦΟΥΡΙΑ. ΤΡΑΝΚΥΛΛΕΙΝΑ. CE. *Furia Tranquillina Auguſta.* Caput ejus.

ΚΑΡΔΙΑΝΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Sardianorum Neocorum.* Deus Lunus ſtans, d . . . ſ haſtam, a tergo palliato lunæ falcatæ ſignum. *Tertiæ formæ.*

XCIV.

ΑΥΤ. Κ Μ. ΙΟΥΛ. ΦΙΛΙΠΠΟϹ ΑΥ. Αὐτοκράτωρ Καίσαρ Μᾶρκος Ἰούλιος Φίλιππος Σεβαστός. *Imperator Cæſar Marcus Julius Philippus Auguſtus.* Caput laureatum Philippi patris.

ΒΙΖΥΗΝΩΝ. *Bizyenorum*, in Thracia Mulier ſtans, d. navis gubernaculum, ſ. cornu copiæ *Modi moduli.*

XCV.

Μ ΙΟΥΛΙΟϹ. ΦΙΛΙΠΠΟϹ. ΑΥΓ. *Marcus Julius Philippus Auguſtus.* Caput Philippi filii nudum

ϹΤΡΑ. ΑΥΡ. ΙΟΥ . . . . ΚΥΖΙΚΗΝΩΝ. Στρατηγοῦ Αὐρηλίου Ἰουλιανοῦ *Prætore Aurelio Juliano . . . . Cyzicenorum Neocorum.* Intra coronam. *Modi moduli.*

XCVI.

. . . . . ΙΟΥΛΙΟϹ ΦΙΛΙΠΠΟϹ. *Julius Philippus.* Caput laureatum Philippi patris

ΚΑΙϹΑΡΕΙΑϹ. ΓΕΡΜΑΝΙΚΗϹ. *Cæſareæ Germanicæ.* Figura alte ſuccincta ſtans, d. extenſa, ſ. cornu copiæ. *Secundæ formæ.* Ger-

Germanicia prænomine Cæſarea urbs erat Syriæ Euphrateſiæ ad Amanum montem.

XCVII.

M. OTAK. CEΥΗΡΑ. ΑΥ. *Marcia Otacilia Severa Auguſta* Caput ejus

ΕΠΙ ΙΟΥ. ΚΟΔΡΑΤΟΥ. ΥΙΟΥΙΙΙΥ ΑΡΧ. ΚΟ. ΤΙΑΕΩΝ *Sub Julio Quadrato . . . . ſummo ſacerdote Cotiaenſium* in Phrygia. Fortuna ſtans capite turrito, d. temonem, ſ. cornu copiæ *Tab. IV. N. 7.*

τὴ ΑΡΧ ἀρχιερέως legendum eſſe, non ἄρχοντος alibi jam monui ex ea voce integre ſcripta An τὴ ΥΙΟΥΙΙΙΥ. legendum ſit: *Virgi filio*, an *filio Hippyi*, an aliter, in medio relinquo.

XCVIII.

M. ΙΟΥΛΙΟC. ΦΙΛΙΠΠΟC. Κ. *Marcus Julius Philippus Cæſar* Caput nudum Philippi filii

ΜΙΔΑΕΩΝ *Midaëenſium.* Bacchus ſtans, d. urceum, ſ. thyrſum: ad pedes tigris. *Medii moduli.*

Midæum Phrygiæ urbs, in qua captus eſt Sextus Pompejus Magni filius, DIONE, teſte *Lib. XLIX.* Μίδαιον ſcribitur apud PTOLEMÆVM, & DIONEM, apud STRABONEM Μίδιον. In Notitiis Eccleſiaſt. Μιδάου, & Μιδάων, quæ mendoſa videntur, & quæ probant jam tum invaluiſſe pronunciationem τῷ ιτα ſono ſimili τῷ ιοτα.

AY.

XCIX

ΑΥ ΚΑΙ Γ ΜΕC ΚΥΙΝ ΔΕΚΙΟC. . . . . ΠΠ. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Γάϊος Μέσσιος Κόϊντος Δέκιος. Πατὴρ πατρίδος. *Imperator Cæsar Gneus Messius Quintus Decius . . . Pater Patriæ.* Caput Decii cum corona radiata.

ΤΑΡCΟΥ. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC. Α. Μ Κ. Γ Β. id est Πρώτης Μέτης, vel Μεγάλης Κιλικίας Τράϊανῆς Πόλης. *Tarsi Metropolis, Primæ fidus* (vel Maximæ) *Ciliciæ urbis. Rescripto senatus.* Apollo nudus decussatis cruribus stans, d. ramum, s. lyram. *Magni moduli*

Erant quidam, qui τὸ Α. Μ. Κ. legerent: *Prima Metropolis Ciliciæ.* Sed τὸ Μ. non indicare τὸ Μητροπόλεως, patet ex eodem vocabulo integre prefixo in nostro, & aliis nonnullis Tarsensium numis.

C.

ΑΥΤ. Κ. Γ. ΜΕC. Κ. ΔΕΚΙΟC CΕΒ. *Imperator Cæsar Gneus Messius Quintus Decius Augustus.* Caput Decii laureatum

Inscriptio longiuscula quidem, sed quam discernere non potui. Aquila fertum rostro gerens altiori cippo, vel turri insistit. *Parvi moduli*

CI.

ΑΥΤ. Κ. Γ. ΒΕΙΒ. Sic ΟΥΟΛΟCCΙΑΝΟC. *Imperator Cæsar Cajus Vibius Volusianus.* Caput laureatum

ΕΠΙ. Ι. . . ΑΥΚΙΚΟΥ ΑΙΖΑΝΙΤΩΝ Lupus erecto capite & apertis faucibus gradiens. *Parvi moduli*, perelegans. *Tab. IV. N. 8.*

Vo-

Voluſiani numi Graeci a VAILLANTIO rationibus accenſentur. Nomen magiſtratus ΙΟΥΛΙΑΝ. ΓΑΥΚΙΚΟΥ an ΙΟ. ΑΥΚΙΚΟΥ legam, litera una, quae τὸ Λ antecedit, exeſa me incertum reddit. Si *Iubo Lycio*, ΙΟ. ΑΥΚΙΚΟΥ, ut arbitror, legendum ſit; alluſio ad magiſtratus cognomen lupi (ΛΥΚΟΣ) figura facta ſuiſſe videtur. qualia ſymbola in familiarum Romanarum numis obvia habemus.

CII

ΑΥΤ. ΠΟ. ΛΙ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC. Αὐτοκράτωρ Πόπλιος Λικίνιος Οὐαλεριανός *Imperator Publius Licinius Valerianus* Caput Valeriani ſenioris laureatum

ET B. ANEMOPIEΩN. *Anno ſecundo* Valeriani. *Anemurienſium* Figura faſcis toto corpore obvoluta, ſolo capite extante, quod velo tegitur uſque ad pedes defluente, prope quos utrimque adſtat animal cervae omnino ſimile: figura ipſa exſerta manu de grana quaedam ſpargit, ſ. tamum tenere videtur. *Modii modioli*, vel *primi*

Rariſſimo hoc typo Dianam Alphiaeam, vel Elaphiaeam dictam, repraeſentari adſero, fretus auctoritate PAVSANIAE *Lib VI ſeu Eliac. Poſter.* ubi ita habet de Diana agens Ἐλαφίαιαν δὲ ἐκάλεσαν οἱ πλέονες τὴν Ἄρτεμιν ἀπὸ τῶν ἐλάφων ἁμοῦ διώκειν τῷ θήρᾳ· αὐτοὶ δὲ γυναικὸς ἐπιχωρίας ἄνεμα εἶναι τὴν ἔλαφον, καὶ ὑπ' αὐτῆς τραφῆναι τὴν Ἄρτεμιν φασι *Elaphiaeam autem appellarunt Eli Dianam, a cervorum, ut mihi videtur, venatione. Ipſi vero Elaphium nomen eſſe dicunt indigenae mulieris, atque ab eadem enutritam eſſe Dianam.* Porrecta fronde, & ſparſo pabulo, ſilvarum, & feratum curam ſe habere Dia-

ra oſtendit. Faſcis involuta exhibetur, tanquam ſub nutricis Elaphii cura conſtituta. Anemurium Ciliciæ urbs, & promontorium.

CIII.

ΑΥΤ. Κ. Π. ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟΝ. *Imperatorem Cæſarem Publium Valerianum* honorant Cotiæenſes. Caput ejuſdem laureatum.

ΕΠΙ Π. ΑΙΛ. ΔΗΜΗΤΡΙΑΝΟΥ. ΙΠΠΙΚ. ΑΡΧ. ΚΟΤΙΑΕΩΝ. ſub Publio Ælio Demetriano, Hippici filio, ſummo ſacerdote Cotiæenſium. Phœbus in curru, quem trahunt quatuor equi, ſtans, capite radiato, dextram extendit, & globum tenet, ex cujus ſuperiori parte flamma emicat; infra equos ſtella, & luna bicornis ſignum. *Modii moduli. Tab. IV. N.* 10.

Cotiæum Phrygiæ oppidum erat. Globus cum erumpente igne, videtur aut globum telluris indicare, a ſolis ignibus calefactum, & flammas quoque vomentem: aut ipſum ſolis globum, quem non eſſe purum ignem, ſed corpus plumbeum undique flammis eruditum, etiam veterum aliqui exiſtimabant.

CIV.

ΑΥΤ Κ. Π. ΑΙΚ. ΓΑΛΛΗΝΟϹ. *Imperator Cæſar Publius Licinius Gallienus.* Caput ejus laureatum.

ΚΥΖΙΚΗΝΩΝ. . . . . *Cyzicenorum* in Helleſponto. Templum octo columnarum. *Modii moduli.*

CV.

CV.

AYT. K. ΠΟ. ΑΙΚΙΝ. ΓΑΛΛΙΗΝΟC. *Imperator Cæſar Publius Licinius Gallienus.* Caput ejus laureatum.

CAMIΩN. *Samiorum.* Nota inſula, & urbs ad Ioniæ littus. Mulier ſuccincta gradiens, d. elevata, ſ. clypeum; pedem prorae navis imponit. Similem magni potius, quam medii moduli numum ſub Saiouina quidem exhibet VAILLANTIVS non item ſub Gallieno.

CVI.

CEΠΤ. ZHNOBIA. CEB. *Σεπτιμια Ζηνοβια Σεβαστη. Septimia Zenobia Auguſta.* Caput ejuſdem.

L. E. *Anno quinto.* Figura muliebris ſtans, ſ. thuribulum tenet, dextram demittit ad aram adpoſitam, velut eidem thus impoſitura. *Medii moduli*, Ægyptio numo ſimilis fabrica.

Zenobia Odenathi, Palmyreni principis, & deinde imperatoris uxor, imperavit pro, vel cum filiis Herenniano & Timolao; ab Aureliano auguſto victa, & in triumphum ducta eſt: teſte TREBELLIO POLLIONE, EVTROPIO *Lib. IX.* Ejus numi ſunt inſignis rarıtatis: nec niſi tres adferre potuit SANDVARIVS; noſter ab his tribus typo diverſus eſt.

FINIS.